

b15010399

*Mariangeli Accursii Diatribae*

*de fallu in tempore  
de be portu*

MARIANGELVS . ACCVRSIVS  
IOANNI ALBERTO : ET : IVMPERTO  
GERMANIS . FRATRIB . MARCH  
BRANDEBVRGEN

VMANI : ESSE : ARBITROR  
ingenii, prestantes animi Principes, ut quo quisque studio publice profutura literis mandare decreuerit, eo sibi unum aut alterum constituat, quorum iudicio ea ipsa cognoscenda deferantur. Ne multorum subiturus estimantium arbitria, distrahi, sibi que diffidens ipsi, aut in silentium descendere, aut despondere animum cogatur, atque ita fiat, ut iniquiore uiuat lege, quam qui nunquam quicquam scripserit. Quandoquidem meticulosa res propemodum putatur, uel ad unum ire iudicem. Promptum igitur est dicere, quam imperite faciant, qui imperitis sua opera inscribunt. Quae nos hac unanuncupatione uos censors elegisse praestet, seu propria, seu fratrum, Maiorumque merita considerentur. Neque enim quisquam est, qui Brandenburgensium familiam non norit, cognitamque admiretur quam sit equi pertinax, quam clara, quam inuicta. Quae populos imperio, quae ipsos demum Reges regere didicerit, quae per uniuersam sese Christianae Reip. ditionem late propagarit. Vos autem, uix dum puberes, eo consilio in Urbem iusserit concedere, ut ab interiore sacrorum fonte religionem iuxta atque eruditionem teneris adhuc castisque manibus suscipereis. Qua in re quantum breui, omnem expectationem supergressi, profeceritis, documento est, quod cum caeteris animi, fortunaeque muneribus, non iam barbaram, sed Romanam, uereque Germanam indolem praeferatis. Sic ut optimum quemque, aut aliquo insignem merito certatim foueatis. & cum studiorum studiosorumque maiestatem, Urbis incrementum atque ornamentum, uideatis, sensu quodam letitiaque exultetis. Qua uel sola laude, ex ingenti cumulo uirtutum, ita caput supra caeteros uestri ordinis exeruistis, ut nec assentari posse putet, qui plenissime laudarit, nec pro magnitudine referre, qui non adulari uideatur. Hinc uicissim lucubrationes quisque suas uobis deuouent. Quorum ipse primus, tanquam in acie,  
A ii

prouocaturus descendi, nullius utiq; ingenio uegetior aut subli-  
mior, sed q; in tanta spe multorum qui inciperet, unum esse oportue-  
rat. Aggressi itaq; sumus, in Aufonii poetę nō incelebris, aliorūq;  
nōnullorum codicibus errata plurima, ruinasq; celsissimas instau-  
rare. A quo enim nostra tyrocinia cōmodius auspiciū facerent,  
quando ita domus ipsa uestra fieri edocet, quę nihil prius habet, q̄  
ut ciuū animos temperet, dissidia componat, demolita reparet.  
Quamlibet autem multi hactenus illius opera ab interitu, atq; in-  
uida memoria reuiuiscere, pedibusq; stare firmioribus effecerint,  
assequuti tamen haud sunt, quo minus corruptissima exhiberētur.  
Atq; utinā nos quoq; in his exercitationibus ac studiis pauca tan-  
tum assequuti arguamur. Quandoquidem posse omnia, nec ausu  
temerario tentandum fuit, nec sperauimus. Infelicem alioqui  
agrum uulgo perhibent, e cuius segete non ulla spicā relinquatur.  
Quę tamē, dum probentur, uobis scribimus. Ac si quid omnino  
improbandum monuisse deprehendar (fallere nescimus, falli po-  
tuimus) corrigi per quos nihil odio datum, equi boniq; consultum  
fuerit, non pigebit. Quanquam non dissimulauerim, quantum  
his pręstare potuissim, si cū deferuisset serius inuentionis amor,  
retrectare eadem, ac redire ad iudicium licuisset. Neq; n. potest  
absolutum opus non fingentis sæpe manibus exclusum damnari.  
Nouistis aut ipsi (siquidem œconomię me pręficitis) an diligētio-  
ribus esse nobis longo ocio licuerit. Tameñ id ipsuz in tenuibus  
omissum excusari & possit & soleat, ac sequatur plerunq; hæc opi-  
nio, ut celerius deteriores herbę adulescere uideantur. Atq; ego,  
mei saltem conscius, nostra hæc egregia non putem, ut uel istos  
deniq; uitemus, qui epicureorum more, sibi tantum deblandiri,  
in cæterorum uero studia inuehi consueuerunt. Quorum equidē  
lites pariter & uitia, ex arce uelut munitissima, despiciam, bonorū,  
hoc est uestro, uestriq; similitum, non quidem patrociniis, sed exem-  
plo. Nam qui patrocinari scriptis suis Principes, ac prępotentes  
uiros postulant, hoc fortasse minus arguendi sint, q; ab ipsis quoq;  
oribus damnandos se, atq; errorem fatentur suum.

MARIANGELI ACCVRSII DIATRIBAE

IN AVSONIVM

ROMA inter Conosq; truces, furtoq; nocentes  
Sauromatas. Qui Cimbro, pro Conos, emē-  
dandum atq; imprimendum curauere, quam  
sequantur annalium fidem, arbitrari satis non  
possumus. Fuit certe, quando locum nos cor-  
rigere tentantes; de Conæis quiddam suspi-  
catur, q; Lucani carmen recordatus uideret-  
ur Aufonius, quo Conē ipsam insulaz, ac Sau-  
romatas cōprehendit, libro tertio Pharsalidos. Barbara Cone sar-  
maticas ubi perdit aquas. Fuit etiam cū Conos defendi posse, nō  
negauerim. Vteosq; Sarmatas latrociniis simul & bello trucu-  
lentos ostenderet. Quod & uetusti exemplaris lectio firmabat,  
cultius adhuc pro Conos, CVNEOS habentis. Siquidem  
gens ipsa, alias bellatrix & indomita, ueluti per galearum conos,  
ita & per cuneuz, militare agmen, poetarū more subnotari potest.  
Cum uero postea in manuscriptis aliquot codicibus CVNOS  
inuenerim, facile in eaz pedibus sententiā uenimus, ut aspiratione  
tantum addita, CHVNOS emendandum arbitremur. Sunt  
enim in Pannonia, sua lingua, etiam nunc qui uocentur Chuni.  
Quorum regio per exiguis sane finibus continetur. Et Ptolemęus  
scribit, Inter Basternas & Rhoxolanos sunt Chuni, & sub Idiis  
quoq; mōtibus. Ammianus Marcellinus libro trigesimo primo,  
qui est rerum gestarum nouissimus, de Gothis ita scribit. Chuno-  
rum & Alanorum aliquos ad societatem spe prædarum ingentium  
asciuerunt. Sed & reliqua in eo libro Gratiani præclara facinora  
uix puberis, & iam inde in æmulationem lectorum principum  
surgentis, si perlegantur, maxime conducit, ut hic locus planius  
intelligatur, atq; uniuersum epigramma diligentius consideretur.  
Quod sane, cum perinde assentationi atq; uerę laudi dandū uidea-  
tur, ambiguum pleriq; uideri uolunt, Theodosio ne, an Gratiano  
principibus inscriptū opus, nominiq; datū censeatur. Theodosio  
itaq; dicatur, innuere uidentur illa, quod per epistolā τῆν αὐτοῦράων  
eius opera Imperator efflagitat. neq; minus de poetę uersibus

coniectari. quibus eius iussu atq; imperio excitum se ad scribendū  
emittendumq; carmina, præfatur. Quanquam uereor, an hæc as-  
sertio satis quoq; firmiter consistat. Quis enim liquido affirmare  
audeat, uel Theodosii epistolam uideri ipsam, uel de Theodosio dici  
iuncta carmina, librariis pro libidine inscriptiones immutanti-  
bus? Validiora porro Gratiani partium argumenta se offerunt.  
Neq; nūc aut institutionis curam, aut quæsturam, & præfecturam,  
& consulatum commemorem. Qui dignitatum delati gradus ua-  
tis animum in confingendas quoq; laudes excitare possint. Theo-  
dosium literis mediocriter institutum, memoriæ traditur. Gra-  
tiani uero, præclare indolis adolescentē, haud mediocriter. Quin  
& carmen condendi, prosam eloquendi, controuersias, rhetorum  
more, dirimendi facundum. neq; parum spiculis meditari soli-  
tum. & diuinæ propemodum dexteritatis credere, cum destinata  
percuteret. Quæ omnia nec in actione gratiarum ad Gratianum  
Aug. silētur. Et in tertio epigramate, cui nulla est inscriptio, Gra-  
tiano quoq; poetam blandiri crediderim. Conuersus enim ille in  
Commodi Cæsaris studia, feras etiam sagittis intra septa consecit.  
Sint licet qui ad Valentinianus referendum putent, etq; inscripse-  
rint. Sed hoc etiam dispiciendum pensandumq; q; uersus is in  
codicibus Ausonii quandoq; nullus fuit. & sunt qui nobis indica-  
uerint, non eum quidem ipsum in uetustioribus quibusdam exem-  
plaribus haberi, uerū alterum omnino, hunc in modum QVE-  
RITVR . ET . FALLIT . LVMINA . PLAGA  
REGENS . Cum autem toto argumento imperatoriam in eo  
uim enituisse, inter prima conetur ostēdere, q; illi nil omnino ad  
fastigiū augustæ maiestatis defuerit, quæ bellica uirtute pariter &  
toga insigniri desideret, non aliena sunt & quæ ad belli laudem  
prælibantur. Licet enim Theodosii rerum gestarum uti copia  
sic fama maior fuerit, Gratiani tamen nominis celebritas eo ma-  
gis floruit, quo per tantarum rerum expectationes mortalium de-  
siderio æui flore sublatus elanguit. Hinc & in actione gratiarum  
scriptum est, Tu Auguste uenerabilis districtus maximo bello,  
assultantibus tot millibus barbarorum, quibus Danubii ora præ-  
rexitur, comitia cōsulatus mei armatus exerceas. Item alibi, Vin-  
cendo, & ignoscendo, Sarmaticum. Hæc nos in medio

linquenda attigimus. atq; id agendum erit in plerisque aliis, quæ  
non faciles habere uidebuntur explicatus. Quippe dubitare  
admonentem, q; errare affirmantem, minus pigendum uideri  
debebit. Quod & in limine susceptæ prouinciæ inferendum  
putauimus.

Tu quoq; ab aereo præpes Victoria lapsu. Trimatius  
doctus uir (ut testatur Gellius) in secundo Iliados, Victoriam  
uolucrem, præpetem appellauit, hoc uersu,  
Dum dat uincenti præpes Victoria palmam.  
Labuntur itaq; & quidem præcipites, qui **PRAECEPS** sub-  
stituendum curauere. Constat alioqui deam ipsam olim singi-  
pingiq; alatum ueteribus solitam. Quod & Romæ in primis si-  
mulacra indicant. tum Pompeii carmen, *Νικη γὰρ σε φυχῆν ἀπὸ τοῦ πο-  
δὸς ἔδραμεν*. Hinc & Claudianus in. vi. Honorii Aug. consulatū ait,  
Affuit ipsa suis ales Victoria templis. Quanquam Talis, non  
Ales, legitur in codicibus etiam nouissime recognitis. Qui tantus  
abest ut non etiam nunc uersibus sint claudī, ac deformes, ut eos  
ex uetustis exemplaribus, dum Germaniam Sarmatiasq; nuper  
peragramus septingentis fere mendis inter equitandū eluerimus.

In secundo epigrammate diu uersus hic desideratus creditur.  
**EST . IOCVS . IN . NOSTRIS . SVNT  
SERIA . MVLTA . LIBELLIS.** In cuius tamen lo-  
cus alius omnino uoluminibus excusis circumfertur, huiusmodi.  
Nostra simul certant uariis epigrammata nugis.  
An utrunq; author aliquando suus ediderit, & utrum legitimum  
haberi uoluerit, equidem non facile dixerim.

In Egloga, de ambiguitate uitæ eligendæ, quæ operi præ-  
poni solet. Afflicta fortuna uiros per bella, per equos, iras,  
insidiasq;, cathenasq; labores. Legendum potius uidetur  
**IRA SQVE**. Cum autem poeta Ausonius e græcorum  
epigrammatis professa imitatione pleraque transtulerit, in non  
nullis etiam dissimulanter uersatus, ut iudicii fuit acerrimi  
summiq;, miro artificio rem sane prius tractatam absoluerit,

ipsam quoque eglogam elegantissimam e nobili epigrammate Posidippi, siue illud Cratetis cynici est, felicius q̄ cauti⁹ effinxit. Ex quo iisdem fere uerbis suam orditur clauditq; . In eo deniq; documenta sunt ad hanc ferme sententiã. Neminem uitæ iter posse ingredi non pœnitendum . Quandoquidem in forolites sunt, atq; ardua negocia . domi , curę . sat laborum in agris . in mari, metus . timori , si quid habeas in aliena terra . triste , si indigeas . uxores non sine sollicitudine . desolator cœlebs uita . Labores filii . orbitas sine liberis uita . insipientiæ obnoxii iuuenes . imbecillitati senes . Eligendum fuisse itaq; de duobus alterũ . aut natũ esse nunq̄ . aut q̄ ocissime uita fungi . Subditur huic epigrammati Metrodori alterũ lepidius . continens ἐκ τῆς ἐπιγραφῆς τοῦ ἀντιπάτρου . Variam (inquit) uitæ uiam arripas . In foro . n . gloria est . prudentesq; actiones . quies domi . in agris aut nature gratia . in mari lucrum . gloria . si quid habeas in aliena terra . si indigeas . solus nosti . optima cū coniuge domus . cœlibatus leuior . amoris sunt filii . citra curam sine pignoribus uita . robusti iuuenes . pii senes . Nō erat igitur alterutrum eligendũ . uel natum esse nunq̄ . aut emori statim natum . Omnia siquidẽ uite munia bona perhibenda . Caterum . neq; istud nouum . neq; non summis etiã ingeniis iam olim factitatum . Cum præsertim (quod Terentianus ait) Græcos latini imitando . fandi pararint non secundã gloriam . Et Martialis primus quidẽ epigramma quo minus omnium pensitatissimũ perhibeatur . haud impedit . ex græco uno Antipatri . argumenti comparis . totidemq; uersibus expressus esse . Quod & referendũ hic putauimus . uel eo . q; inuenias . qui in uersu tertio καὶ τῶν . ἢ καὶ τῶν . non καὶ τῶν legendum . tradiderunt . in dorica scilicet consuetudine . quam is adamat . & cuius plenus est Theocritus . nescio quo fato conuientes :

καὶ κρηναῖας βαβυλωνος ἐπιδρομον ἀρμασί τειχεῖς  
 καὶ τῶν ἐπ' ἀλφειῶν Ζήνα κατιυγασάμην  
 καὶ τῶν τ' αἰώρημα . καὶ ἡελίοιο κολοσσόν  
 καὶ μέγαν αἰπεινάων πυραμίδων κάματον  
 μνάμα τι Μανσάλαιο πελώριον . ἀλλ' ὅτ' ἐσειδὼν  
 ἀρτίμιδος νεφέων ἀχρὶ θέοντα δόμον  
 κείνα μὲν ἡμῶν ἄτοπ' ἐστὶν ἴδε νεσφιν ὀλύμπου  
 ἄλιος . ἢ δ' ἐν τῶν τοῖον ἐπαυγασατο .

Sed neq; fuerit hoc indicasse satis . si illud præterierim . quod ad ἡελίοιο κολοσσόν pertinet . Concelebrat Antipater egregia Orbis edificiorum spectacula . Quorum laudibus Ephesiã Dianæ templum antestare gloria affirmat . Sed enim inter hæc ipsa miracula conuenerari græcis nostrisq; Colossus Solis hæctenus dignatus est . qui Rhodi olim fuerit . Charetis opus . Strabo uero non Solis hunc fuisse tradere uidetur . sed Iouis . Optima (inquit) sunt Iouis colossus . Quem qui iambum composuit . a Charete lindio septuaginta cubitorum fabrefactum dicit . Animaduertendum autem . in græcis exemplaribus . SOLIS . legi . nō Iouis . ἀλλὰ ἴσιν ἄλλοις τοῖσις ἀριστα δὲ ὁ τῆς ἡλίου κολοσσός . Itaq; tam interpretum miramur errorem (quorum esse manuscripti quoq; cod . indicium faciunt) q̄ inuulgatum esse postea . nec animaduersum . Licet idem scripserit . Tarentum urbem gymnasium habere ornatissimum . & forus amplissimum . Vbi situs sit Iouis colossus . ex græ fabrefactus . eximie post rhodium magnitudinis .

In quarto epigramate . Datubius letum profero fonte caput . Manuscriptus cod . LAETO . Vtra lectio magis satisfaciatur . eligendum . Caterum . epigrammatis inscriptio . quam recentioribus uoluminibus superinduxerunt . neq; uera est . neq; rei argumento consona . non secus certe ac sequentis alterius . Quæ cum fuerit S V B . VALENTINI . IUNIORIS SIGNO : MARMOREO . corrigi quidem debuerat . VALENTINIANI . non aut immutari IMITATIO MARONIANA . quod ad interpretis munus accedit . Valentinianus enim Gratiani Maioris filius . fratrem habuit Valentē . filios . Gratianum & Valentinianus . Hinc in actione gratiarum dictum est . Tu Valentiniano genitus . Quanquã maior exemplarium numerus Valentiniano retinet . Vt alioqui miremur . quo nam modo qui poetæ uitã conscripsere . hoc addiderint . Sub Valentino . Gratiano . Valentiniano . & Valēte eus floruisse . Tam enim patri q̄ & filio . Valētiniani nomen fuit . Vt apud Ammianum cæterosq; intueri licet . In quibus & si deprauatũ pari modo . quo & in Aufonio plerũq; legitur . illud certe fulcit . q; Maior . Seniorq; Valētinianus pater dici . cōsueuit . Minor . Iuniorq; filius .

In simulacris Occasionis & Pœnitentiæ. Cuius opus? Phidiæ, *Φειδίας*, producta prima græcis dicitur. Eam corripit Aufonius licentia, uelut arbitror, quæ reperitur longas interis in breues literas uertendi, & e contrario. Sic etiam, Periander trepidam moderare corinthius iram, dictum alibi. cum sit *Περικλῆς*. Quamquam anapestus etiam pro dactilo positus, uideri possit. & sunt qui Mutili uel Trunci, apud græcos *ἀκεφάλαι σίχαι* uocentur, a correpta syllaba incipientes. Sic in ternario, Per trinas species trigonorum linea currit, cum sit *τρίγωνος* per *ū*. Quod seruauit. M. Man. Lanigeriq; notat fines, clarumq; Trigonum, & Capella in nuptiis, Trigonus recuruet, circulusq; torqueat. Sic & ad Vrsulum grāmaticum. Vel quot iuncturas geometrica forma fauorum. cum sit secunda longa *γυμναστήριον*. Sic in præcatione matutina, Helias, & solido cum corpore præuius Enoch. licet post eum etiam christiani poætæ Heliam producta secūda dixerint. Ut in illo, Heliam corui quondam pauere ministri. Neq; enim satisfacit, q; ad producendam syllabam, quidam coniunctionem delentes ita referunt, Helias, solido cum corpore præuius Enoch. Sic Lactātius, Ecclesiæ pastos ubere, lacte, sinu; cum sit antepenultima longa *ἐκκλησία*. ut uel ipse custodiuit Auf. in epistola ad Paulinum. Celeriq; frequens ecclesia uico. Idem Sidonio usus. Et Martialis celebre est epigramma, quo græcorum magis id licentiæ, q̄ Latinorum seueritati concedere uidetur. Sunt & qui non Phidias, sed Fidias, latina forma malint scribere. ut in Quirinali Romæ. OPVS. FIDIAE utq; fama, fuga, fagus, fur, fucus, foliū, ac sexcenta alia, eodē modo scribi, usus, rerum omnium, sed uerborum præsertim dñs, atq; arbiter, instituit. tanq̄ diuturnitate temporis in latinam ciuitatem transcripta, inq; legem penitus iam migrauerint. Quid q; in eadem Vrbe pro foribus diui Stephani simulacro cuidam uetustissimo subscripta quedam ex parte interciderit, inter quæ non semel cum iota litera *φιδίας*? Cæterum, præclaras primum statuas Fidiæ artificis hoc epigrammate poeta signat. Palladem uidelicet Athenarum, & Olympiū Iouem Elidis. Fabius Quintilianus, Phidias Dis q̄ hominibus efficiendis melior artifex traditur. in ebore uero longe citra æmulum. uel si nihil nisi Minervam Athenis, aut Olympium in Elide Iouem fecisset. Cuius pulchritudo adiecisse

aliquid etiam receptæ religioni uidetur. Adeo maiestas deum extulit. Aufonius igitur (ne quenquam moueat aliorum opinio, nescio quid super nobili epigrammate comminiscendum) cum epigramma suum modularetur, contemplabatur utiq; Posidippi *καίρο*, ut æmulus speciez inde iudicio arbitrioq; suo duceret, non ut interpres per figuras omnes uersus dirigeret. Ideoq; ueluti complura, & fortasse gratia elegantiore mutauit, ita celebratoris famæ, q̄ Lysippus fuerit, simulauit artificem. Admonitus (ut arbitror) uersiculo Martialis, Qui fabrefactum a Lysippo Herculis simulacrum, propter operis præstantiam, Phidiæ fuisse illud, se putasse primum asserit,

Inscripta est basis, indicatq; nomen,  
Λυσίππου lego, Phidiæ putauī.

Quid non diuinæ mentis fuit, quam comitem hic noster excogitauit *Μετανοία*? Nimirum tantum hac in re Posidippum anteceluit Aufonius, quantum Lysippo maior Fidias perhibetur. Quis non & illud, STARE. LOCO. NEQVEO, tractus ab Apelle uideat? Sed & illud ex Electra Sophoclis, *χρόνου γὰρ ἄριστος καίρο* ἐξέργει λόγος. ad postremos epigrammatis uersiculos nō nihil sane pertinet. Neq; illud etiam transiliet oratio, q; huius loci Metanceam importune quidam, ex Lactantio Firmiano, Resipiscentiam interpretantur. Non enim uideo *Μετανοία* aliter accipiendum, q̄ ipse se interpretatur, Nempe ut pœniteat. sic Metancea uocor. Pœnitentia utiq; nō excitat, sed excitum antea quempiam mox cruciat, atq; angit. Quæ duæ si iungantur, Expergiscencia prior erit, sequetur Pœnitentia.

Et in titulis, rerumq; inscriptionibus delirat libros excudentium plerunq; ignauia. dum uel mutilant illos quidem, uel excludunt. Capitalis utraq; temeritas. Atq; adeo mirum est, adulterinæ pecuniæ flatoribus indictam noxam. istis uero impunitate summa fas esse, æterna rerum monumenta adulterare. neq; ullo seuerioris alicuius legis metu cuncta peruertere. Nam quod ad Aufonium attinet, & locis aliquot, & in commixto græcis uersibus latino epig. quod imagini subditur Cynici Antisthenis, immutatum lemma est, ad Diogenemq; relatum, erroris, ut arbitror,

adminiculo, q̄ in calce eius nomen uiderint Διογένη. q̄q̄ apud Lu-  
 cianum in dialogo, cui titulus βίον πράσις, Diogenes inducitur,  
 qui se Herculis imitatore esse dicat, atq̄ eius illa quoq̄ sit præcla-  
 ra sane, nec indigna cynico sententia, Τουτί μοι λεόντι τὸ τριβάνιον  
 φρατίνομα δὲ ὡσπερ ἐκείνος ἐπὶ τὰς ἡδονάς, ὃ κελευσὶς αὐτὸ ἐκούσιος, ἐκκαθάρα  
 τὸν βίον προαιρούμενος. Alii rursus ex uno geminū epigramma fecere.  
 Quid est autem Εἰς ἀρετὴν συνέβη, καὶ κυνικὴν σοφίην. quod est latines  
 ad uirtutem contigit, & cynicam sapientiam. ac deinde, Καὶ θεὸν  
 Ἀλκείδην, καὶ κύνα Διογένη, hoc est, Et Deum Alciden, & canem Dio-  
 genem, nisi ut respondeat qui interrogatur Antisthenes Diogenis  
 magister, præstantissimum sibi cōtigisse præceptorem deum Her-  
 culem, discipulum uero cynicum Diogenem. Namq̄ ait Cic. in  
 Rhetoricis, Artium magistros afferre laudem siue uituperationes  
 discipulis, rursus discipulos magistris. Ita uero Diogenē cogno-  
 minauit canem, ut & nostri nonnunquam, & græci (quod Pausa-  
 nias quoq̄ ait in Corinthiaca) consueuere, ut in epigrammate  
 Διογένη, ὁ κύων, & Martialis in apophoretis, Dormiat & tetrico cum  
 cane pera rogat.

Proximo inde græco epigrammate, Βάχχος ἐν ζῴσιν ἐν φθιμένοις  
 Ἄδακός. scribo ἐν ζῴσιν, ἐν φθιμένοις, hoc est inter uiuentes, inter  
 mortuos. Plato in Stellam,

Ἄστὴρ πρὸς ἡμᾶς ἑλθὼν ἐν ζῴσιν ἔως,  
 νῦν δὲ θανάτων λάμπεις ἐσπερος ἐν φθιμένοις  
 Quos uersus, post madaurensem Apuleiū, ita reddidit Ausonius,  
 Stella prius superis fulgebas Lucifer, at nunc  
 Extinctus castis lumine Vesper eris.  
 Nec absit pretium operæ, si ipsos una uersus omnes ita castigan-  
 dos uideri, admonuerim,

Ἀγνοῦσθαι μὲν Ὀσίρις ἑγὼ, μυστῶν δὲ Φανακῆς,  
 Βάχχος ἐν ζῴσιν, ἐν φθιμένοις Ἄδακός,  
 πυρογενὴς, Δίκερος, Τιταγοδέτης, Διόγυος.

Aegyptiorum equidem Osiris, Mystarum autem Phanaces,  
 Bacchus apud superos, apud inferos Adoneus,  
 Ignigena, Bicorniger, Indorum domitor, Dionysius.  
 Fuit etiā quando non Φαλάκας, sed Φανάτης reponendū censuerimus,

q̄ constaret, deum ipsum græcis ita nuncupatum. Macrobius li-  
 bro primo Saturnalium, Plerique (inquit) Phaneta appellant  
 ἀπὸ τοῦ φαίνειν. ἐπεὶ δὲ φαίνεται νέος, quia Sol quottidie renouat sese,  
 Nec multo item post, quo loco eundem esse Liberum Patrem, ce-  
 terosque deos cum Sole, commentatur, Phaneta Orpheus dixit  
 Solem ἀπὸ τοῦ φωτός καὶ φανεροῦ, id est a lumine atque illuminatio-  
 ne, quia cunctis uisitur, cuncta conspiciens. Non ausim ue-  
 ro quicquam immutare, dictum enim ab eodem est de Libero Pa-  
 tre, Mystæ Phanacem nominant.

In simulacrum Sapphus. Lesbica pieriis Sappho soror addita  
 musis, εἰμὲν τῆ λυρικῶν, ἀονίδων δεκάτη. Legendum arbitramur εἰμὲν  
 ἐνάτη, ut se lyricorum quidem nonam, Musarum uero decimam  
 fuisse, memoret. Addunt alioqui eam Musis decimam & Pla-  
 to & Antipater, neque quisquam catalogo eximit Lyricorum ua-  
 tum. Qui (ut uel ipse ait Auf.) numero sunt mnemosynarum.  
 Extat græcum epigramma, quo singulis lyricorū octo collaudatis,  
 ueluti maiorem ei gloriam comparaturus, de Sappho ita subdit  
 quicumq̄ ille author fuerit,

ἀνδρῶν δ' ἔκ ἐνάτη Σίπφῃ πέλει, αὐτὴ ἑρατειοῦς  
 ἐν μύσαις δεκάτῃ μου. α. καταγράφεται.

Celebri fit ut conuiuio. Dimetrum hunc in Rufum rhetorem  
 manuscriptus codex ita habet,

Celebri (ut fit) conuiuio.  
 Admonendum & illud, in eo derideri rhetoris imperiti uecordiā,  
 q̄ dum ostentator ipse artis bonum ominari nascituris purat, mor-  
 tem imprudentia uerborum statim natis imprecatus fuerat, Nec  
 id facile (quantum equidem meminerim) aliunde colligitur, q̄  
 ex disticho Palladæ græci authoris, qui de gemellis filia cuiusdā  
 grammatici statim mortuis, ait, eam peperisse filiolum masculi-  
 num, scemininum, neutrum.

Γραμματικῶν θυγάτηρ ἔτεκεν φιλότῃτι μίγισσα  
 παίδιον ἀρσενικόν, θήλυκόν, ὑδ' ἄτερον.

Quod autem fere creditur, intelligendum, præter mares scemi-  
 nasq̄, etiam androgynos, partuum frequentia iam olim prodigia,

ineptum uideri potest. Illi enim non neutrum solum, sed (ut eleganter ait Naso) Nec duo sunt, sed forma duplex, nec fœmina dici, nec puer ut possit, neutrumq; & utrumq; uidetur. Notum est & ænigma, quo hermaphroditum dici hominem, non hominem, plerique autumant. Cum tamen Plato in Repub. de eunucho dictum, scribere non dubitarit. Cuius imitatione & nos aliud quandoq; lusimus, oratione quidem legē carminis soluta, non coacta. Est autem tale, haud in androgynum uel eunuchum, sed in alium, uix ipsi mihi bene cognicum. Homo non homo, uidens non uidens, quē diligo non diligo, Fugio non fugio, alitem non alitem, cui diligor non diligor, Qui si pellatur, adest. nusquam est, si non pellatur.

In Diogenis cynossēmā. Diogenes obiit, non obiit, sed abiit. Legendum ABIT, bisyllabū, uel coniunctio ipsa SED amolien da. quam interposuerint fortasse inscii T litteram ueteribus communem extitisse. Quorum etiam opinio fuit, uiros quocunque meritorum genere insignes non quidem mori, sed in alia loca transferrī, sæculaue commutare. Considerandum præterea, epigramma ipsum e græco sumptum tetrasticho, quibusdam uel additis, uel immutatis. false pariter ac lepide, neq; minus crudite, quam grauiter.

Εἰπέ κύων, τίς τις ἀνδρὸς ἐφείσας σῆμα φυλάσσει;  
 ἢ κύων; ἀλλὰ τίς ἦν οὗτος ἀνὴρ ὁ κύων;  
 Διογένης· γένος εἶπε· σὴν πατρὸς· ὅς τις ἴθις ἔκειτο  
 καὶ μάλα· νῦν δὲ βαγῶν ἀσέβας οἶκον ἔχει.

Sequens item epigramma, quo Cræsum conueniri apud Manes facit a Diogene, e græco uno authoris incerti uersum, comperies, in quibusdam haud ita magni ponderis diuersum. Ut felicitatem plerunque metaphrasten Auſonium, q̄ interpretem fidelior rem agnoscas. Ac fortasse quæ de consternendo pallio dissimularit, adeo interpretationem non arguant, ut etiam consultum magis authorem renuncient Inferorum legis. Ad quos equa descendentiū umbrarum sors, cuncta uitæ munera deserendi. Eius autem sententia est, Cum uenisset ad Manes sapienti functus senectute Diogenes Canis, Cræsum cōspicatus, risit, palliūq; senex

sternens apud illum, qui e fluuio multum auri pridem auferat. Mihi (inquit) uel nunc locus est patientior. Quæcunq; enim habeo, fero mecum, tu autem nihil. Trimetrum præterea iam bicum in signum Niobes ex Agathio est. In quo non illud tantū e re fuerat cognoscere, quo pacto iisdem fere uerbis noster omnia reddiderit, sed inspectione quoq; dignum, q̄ mortuum uocarit ipsum, Nioben significans. Ita .n. cum nihil immutarit, pleniori quoq; latinorum eruditioni inseruit. Siquidem ὄρερος, idest cadauer, scribitur. Ut importune eos fecisse putemus, qui interpretationem retrectare ausi, Cadauer, uerterunt. In idem simulacrum priores duo uersus ex græco sunt hoc disticho,

Εκ τῶν μεθεῶν πύσαν λίθον· ἐκ δὲ λίθου  
 ζῶν πρᾶξιτέλης μωαλιεργάστατο.

Epigramma deniq; in Venerem armatam, quod est eadem serie, gemina tralatione, sententia quidem integra uertit. Sed in altera mire rudem addidere inscriptionē, DE . PALLADE . VOLLENTE . CERTARE . ARMIS . CVM . VENERE . Non ferendam uero alii, IN . VENEREM BARBATAM. Quo modo & legendum carmen ipsum, & barbatam coluisse Venerem Lacedemonios, affirmare non uentur, cum nullum sit tot mendaciis præcium. Seruius sane ac Macrobius Cypri, non Lacedemone, barbatum Veneris simulacrum fuisse, scribunt, ueste muliebri, cum sceptro, ac statura uiri, quia eadem & mas putetur & fœmina. Consentaneum itaq; fuerit, epigramma ipsum authoris incerti, & hoc loco indidisse.

Παλλὰς τὴν Κυβέριαν ἰσχυροῦ ἔειπεν ἰδοῦσα,  
 Κύβρι θέλει; οὐ τὰς ἐς κρίσιν ἐρχόμεθα;  
 ἢ δ' ἀπὸ λέν γελάσασα, τί μοι σάκος ἀντίον ἀρετῆς;  
 εἰ γυμνὴ νικά, αἴ; ὅταν ὄπλα λάβω;

Cur autem armata apud Lacedemonios Venus, Firmianus in primo diuinarum institutionum in primis explicat.

In Venerem, quod Praxitelis fuit opus. Vera Venus fictam cum uidit Cyprida. Manuscripta exemplaria, GNIDIAM habent, non FICTAM. Et sane eam toto Orbe Terrarum celeberrimam intelligit, quæ gnidiorum fuit, Gnidumq; nobilitauit.

De qua Val. Max. Et Plinius. Quo igitur modo legi debeat, aliorum iudicio statuendum relinquimus. Apud græcos eam pluribus celebratam comperimus, gnidiamq; nuncupatam. In quibus & Platonis est exaltichon, alterumq; distichon εἰς ἀγάμα Ἀφροδίτης ἐν κνίδω, ex quibus suum apte ac concinniter confinxit Aufonius. Subit illa reputatio, in hoc ipso epigrammate ueram esse lectionem SCIERANT. non, Scieram. Nam utranq; custodiri uolunt. Fabrefecerunt enim scalpra qualem placuisse Marti Venerem, hoc est ueræ q̄ simillimam, uelutiq; spirantem, scierant, inspiciendi facultate ferro data, q̄ in eius Dei sit arbitrio, artificii uero præcepta, q̄ mortalibus uidere numina nō liceat. Hinc & a Papinio in secūdo Thebaidos de Minerua & Diana dictum est, Tunc (si fas oculis) non unq̄ longa tuendo expedias cui maior honos, cui gratior, aut plus de Ioue. Platonis,   
 ἔρασι τὴν ληρὴν ἐκ εἰδέν, ἀ μὴ θεομύς, ἀλλ' ὁ σίδηρος  
 ἔρασι τὴν ληρὴν ἴδεν τὴν γαφίην.

In Myronis buculam. Vbera quid pulsas frigentia matris ahenæ O uitula? Manusc. cod. O, VITVLE. ut in græcis epigrammatibus μύχε, & Aufonius nunq̄ aliter in cæteris, q̄ uirilī genere. Ut, Sic uitululus sitiens ubera nostra petit. Errasti attendens hæc ilia nostra iuence. Me uitululus cernens immugiet.

Irruet in me taurus amans, pastor cum grege mittet amans. Extremam hic, perq̄ frigide repetitam, particulam corruptam putauerim. Quid si legatur O VANS, pro letanti: ut est illud ex græco itidē epigrammate, Liquit ouans laqueum. Et apud Virgilium in Georgicis, Terq; nouas circum felix eat hostia fruges. Omnis quam chorus, & socii comitentur ouantes. Deest autem ea in græcis uersiculis, unde transtulit hoc ipsum Aufonius, & duo tantum præcedentia, non autem omnia, ut est qui in Propertio comminiscatur. Quanquam illud hemistichium, Nec factam me puto, sed genitam, ex hoc deductum uideatur, ἀ δὲ Μύρωνος χεῖρὲς ἔπλασεν, ἐπὶ ἔτικεν. ut id interim præteream, q̄ Aufonius ita cœpit, Bucula sum cœlo genitoris facta Myronis, græcus uero author,   
 βούδιόν εἰμι Μύρωνος.

Vidit nubentem Plinius androgynum.

Exemplum hoc mutati sexus haud quaq̄ Plinio relatum, quidam rentur, nec extare in Nat. hist. Quæ uolumina eius tantū æuo nō intercidere. Proptereaq; locū æstimationi esse, ne nō Plin. sed. T. Liuius hoc scripserit. Sed neutiq̄ accipiendū ita est, ut poeta eū dixerit, qui utroq; pudendorū sexu gignitur, herma phroditus quoq; nuncupatus, ambigua ueneris, neutro potiundus amori. Intellegendus autem, L. Cossicius, quem in Africa uidisse Plinius se, asserit, mutatum in marem nuptiarum die. Aufonius festiue androgynum eum nominat, græcam nominis etymologiam ita mutuatus, tanq̄ uocari androgynum conueniat, & qui mixto duplici sexu sit, & qui ex una spetie in aliam transierit. Velut etiam (quod de Armesia est traditum) quæ animum uirilem gereret, androgynen uocabant. Omnem uero nouitatis huius admirationem quispiam campanus nuper sustulit, Romam profectus, ut conjugiali sacramento solutum alteram uxorem ducere, sine ullo uiolatae religionis metu, fas foret. Prior enim eius uxor primo lecti fœdere, primoq; congressu repente mas extitit, concretisq; genitalibus, quæ latuerant, uirilia, patefacto aditu apparuerunt. Plinii deniq; uerba libro, vii, hæc sunt. Ex fœminis mutari in mares non est fabulosum. Inuenimus in annalibus Licinio Crasso, C. Cassio Longino CoS. Casimi puerum factum ex uirgine sub parentibus, iussuq; aruspicum deportatum in insulam desertam. Licinius Mutianus prodidit, uisum a se Argis Aristontem, cui nomen Arestusæ fuisset, nupsisse etiam, mox barbam & uirilitatem prouenisse, uxoremque duxisse. Eiusdem sortis & Smyrne puerum a se uisum. Ipse in Africa uidi mutatum in mare nuptiarum die, L. Cossicium ciuē tisdritanū. Admonendum & hoc tam ueruntamen q̄ priora quoq; uisum est, Apud A. Gellium. C. ASINII non Casimi, A RESCONTEN, non Aristontē, A RESCVSAE non Arestusæ, Plinii eiusdem uerba referentem, scriptū esse libro octauo noctium. Quo apparet, in alterutro mendum esse oportere. Quin & illa quoq; apud eundem Gellium uerba sunt, quæ dictis de Cossicio subscribuntur, VIVEBATQVE. CVM, PRODEREM. HAEC. Quæ mediusfidius in plinianis ullis codicibus nequaquā lecta sunt



hactenus. Vnde tamen detracta potius, ac prætermiffa crediderim, q̄ Gellio imprudenter addita. Nihil deniq; ipse demuto, loca indico. Satius est. n. ancipitem castigationē attulisse, q̄ nullam. Illud quoq; non intempestiue signauro, Epigrāma ipsum (præsertim cum inscriptione deficiat) in catamitum quempiā, pudentissimo argumenti uelamine confingi potuisse. Tranquillus de Nerone, Puerum Sporum exectis testibus etiam in muliebrem naturam transfigurare conatus est.

Epigramma in Achillæ cuiusdam impietate, qui caluariam iacentem in triuuis lapide perculerit, cum sit græci argumenti, totidemq; uersibus, tam plerunq; uaria additaq; continet, tam multa præterit, ut non satis constet, an hoc ipso magis celebre perhibeatur, q̄ latinum ferme incipit uideri iam totum, aut certe minus, q̄ dum alieni iuris esse studet, nationis suæ generisq; neq; gratiam omnino, neq; numeros custodit. Primum enim græcus author (quisq; ille fuit) percussoris nomen tacuit, quod Aufonius sane hic explicat, tacita (ni fallor) detestatione eius, qui sacrū illud Magni caput percussit. Prætermittit autem noster, inter cætera, q̄ imaginem communem uitæ defunctum ille uocat, lapidem uero mutū specie, sed iustitiam spirantem ipsam, quippe qui resiliens iaculatorem mutilarit, oculorumq; lumine orbarit. Nam extremos uersus eius duos non tam prætermittit, q̄ cōmutat integros. Quibus continetur, puniri percussorem rursus apud inferos, suamq; ipsius manus certam (quæ uidelicet destitutum attigerit) temeritatem flere. Addit porro, alios fleuisse. Addit & nouissimos (ut dixi) uersus. Sed iam operæ uideretur esse, græcum ipsum epigramma, quale sit, oculis conferre uolentium subiecisse.

Κρανίον ἐν τριούδοισι κατοχμένον τὴν ἐσαθρῶν,  
εἰκόνα τὴν κοινὴν ἢ ἐδάκρυσε μὲν σου.  
δὲ μὲν τὸν δ' ἐρεῖ φένε πὶ χθονα, εἰ λίθον ἦκε,  
καφὸν μὲν δὲ κέοντ', ἀλλὰ πνεύοντα δίκης.  
ὄψέον ὡς γὰρ ἐπὶ λιβέν, ἀφίλατο, καὶ τὸν ἀφέντα  
πῆρως γλυκεροῦ βλέμματος ὄρα νίσας.  
καὶ πάλιν εἰς αἰδὴν ἐκολλήζετο. τὴν ἰδὴν δὲ  
ἐκλασὼν χεῖρῶν εὐτοχὸν ἀφροσύνην.

Epigramma in Alconem medicum (quem ut ab inciuii manus tractatione derideat, hyperbolice cum hesternio die Iouis statuem tetigerit, insequenti postea extulisse dicit) ex disticho Lucillii, mutato tantum Marci nomine in Alconem, transtulit. Quod & ascribere libuit, quādo tota (uelut arbitror) uis in ambiguitate consistat uocis ἐκφέρεται, idest effertur, quod est, & ad sepulturam.

Τὸν λιθίνου Διὸς ἐχέει ὁ κληρικὸς ἠΐτα πο Μάρκος.  
καὶ λίθος ὢν ἐ Ζεὺς σήμερον ἐκφέρεται. Ceterū qui est, De Alcone, titulus in nostro, fieri debere credimus, DE . ALCONTE. proportionem latinam, uel ut sit a recto circumflexo Ἀλκῶν, q̄ que id nomen medici est apud Martialem. Alconti, Dastocq; Symmachocq; Vt medicum sui temporis quempiam alieno q̄ proprio nomine appellare maluisse, arbitrandum sit, Velut etiam fecisse dixerim, in rhetorem indisertum deridendo, sumpto Rhuphi nomine ex græcis epigrammatis, quæ sunt in rhetores non nullos. Vnde illud etiam, quod est in quendam Sextum, ὁ δὲ ἄνω εἰκόνος εἰκὼν, in suum Rufum ita noster transtulit. Ipse rhetor est imago imaginis. Et illud, Elinguem quis te dicentis imagine pinxit? dic mihi Rufe, taces? nil tibi tam simile est, ex eo in rhetorem ineptū,

Τίς σε τὸν οὐ λαλῶντα τύρω ῥήτορος ἔγραφε;  
σιγῆς; ὅ λαλῶν δ' ὅδ' ἐν ὁμοίῳ πρῶτον.

In Eunomum medicum. Acciperem medicos. Scribendum ACCIREM. ex uet. cod.

Ad Venerem. Aut transire iube, uel fac utrunq; parem. Videtur legendum FACE. ratione syllabæ, ut est illud, Phylli face expectes Demophoonta tuum. Videtur etiam hoc ipsum epig. quodq; ad Cupidinem scribitur, ex eodem esse argumento lucilliani quidem epigrammatis,

Ἡ τὸ φίλιν περιγραφοῦν ἔρωσ' ὄλον, ἢ τὸ φιλεῖσθαι  
πρὸς ἄσθε, ἢ ἢ λύσῃς τὸν πῶθον, ἢ κερᾶσθαι.

Gratia, quæ tarda est, ingrata est gratia. Tam hoc, q̄ quod sequitur, ex Luciano transtulit poeta Aufonius,

οκείαι χάριτες, γλυκερώτεραι. ἢν δὲ βραδύτης,  
 πᾶσα χάρις κενεὴ, μὴ δὲ λέγοιτο χάρις.

Ipsam igitur inscriptionē, α' χάρις α' βραδύτης, α' χάρις χάρις, q̄ temere  
 in parte operis coierit, summouendam putamus.

In saltatorem ineptum, duo epigrammata in unum redegit li-  
 brariorum imperitia, græci argumenti ea esse ignorantium, Lu-  
 cillii alterum, Palladē alterum. referenda & hic, tum q̄ sine iis  
 latina non est promptum intelligere, tum præcipue, q̄ quedam  
 adeo diuersa abeunt, ut sit luce clarius, nostrum in plerisq̄ non  
 interpretis, sed imitatoris, conditorisq̄ perfunctum munere. mul-  
 taq̄ aut aptius comminuisse, aut locupletius cōmuniuisse, exco-  
 luissetq̄, et ueluti coloribus aspersisse. Etenim illud, Spectator  
 ueram crediderit Nioben, ex alio eiusdem Lucillii expressit, Νιόβης  
 ἔμψον ἀρχέτυπον. Et illud Μέμφις ὁ σιμὸς, an ipse uerterit SIMIUS  
 IDEM, uel errore deprauatum fuerit excribentium, non facile di-  
 xerim. Ipsa epigrammata sunt hæc,

Λυκίλλης.

πάντα κατ' ἴσορην ὀρχούμενος, ἐν τῷ μέγιστον  
 τῶν ἔργων παρ' ὧν, ἠγασσας μεγάλας.  
 τῆν μὲν γὰρ Νιόβην ὀρχούμενος, ὡς λίθος ἔστις.  
 καὶ πάλιν ἂν Καπαρεύς, ἑξαπίνης ἴπεις.  
 αὐτὸς ἐπὶ τῆς Καμάκης ἀφύας, ὅπ' κτλ. ἕϊφος ἦν σοί,  
 καὶ ζῶν ἐξήλθες, τὸυτο παρ' ἴσορην.

Γαλλαδά.

Δάφνην, ἢ Νιόβην ὀρχήσατο Μέμφις ὁ σιμὸς.  
 ὡς ζύλιος, Δάφνην. ὡς λίθιος, Νιόβην.

Clarus olympiacis & Lycus in stadiis.

Non esse commutandum hic, Ast Lycus, uel, Est Lycus. facile  
 intelliget, qui de Lucillio conuersum epigramma nouerit. Ve-  
 rum ille non Hāmonem Deum, sed Olympum uatem conuenisse,  
 refert, qui Onesimus, Hylas, & Menecles uocarentur. Cum Au-  
 sonius eos Phegeum, Hylam, Lycum nominarit, ac præterea in  
 quibusdam aliis (more suo) diuersus abierit, eo quidem genio,  
 ut cum neq̄ omnia reddiderit, nihil tamen omisisse uideatur,

τῶν δὲ μάντιν Ὀλυμπίων Ὀνησίμος ἠλθ' ὁ παλαιστῆς,  
 καὶ πένταβλος Ὑλάς, καὶ σταδίου Μενεκλῆς,  
 τίς μελλεὶ νικάει αὐτῶν τῶν ἀγῶνα θέλοντες  
 γυῖναι. καὶ κείνος τοῖς ἱεροῖς ἐπιδῶν,  
 πάντες ἐφ' ἠνίκ' ἔτε, μόνον μὴ πῆς σε παρέλθῃ,  
 καὶ σὲ κατατρέψῃ, ἢ σὲ παρατροχάσῃ.

Epitaphium Callicrateæ, quo pleriq̄ admirari non desinunt,  
 cur res ea, par miraculo, nec indigna, quam inter macrobios Lucia-  
 nus, uel inter sceminarum uirtutes Plutarchus referrent, ab histo-  
 ricorum nemine apud nos literis mandata fuerit, e græcis sumptū  
 epigrammatis inuenies. Sed an duos ultimos in eo uersus con-  
 sulto noster prætermiserit, ut non negare ausim, ita ne id ipsum  
 quidem affirmare. Est autem incerti authoris.

Εἴκοσι καλλικράτεια καὶ ἑνέα τέκνα τεκούσα,  
 ἔδενός, ἔδεναις, ἑδρακόμην θάνατον,  
 αὐτὸς ἑκατὸν ἢ πέντε διηυσάμην ἐνισαυτός,  
 σκῆπτρον τρομέραν δὲ ἐπὶθεῖσα χεῖρα.  
 α' δ' ἐγὼ ἢ περίβωτος, ὑπὸ πλάκῃ τῆδε πίδαμμαι,  
 μὲν ἐνὶ ζῶναι ἀνέρι λυσάμενι.

Nec dissimulandum, in non nullis, atq̄ adeo excusis uolumini-  
 bus, tanquam epigramma alterum, duo ipsa carmina seiuncta  
 circumferri, nulla prorsus ope rationis. Extat enim aliud, quo  
 Callicratea eadem, cunctis admirabilem mortalibus, se iactat, ac  
 præterea nouam Alcestem, quippe subeunte fata Zenonis, quem  
 solum maritum habuerit, et quidem luce filiisq̄ cariorem.

Ἀλκίπρις νῆν εἰμί. θάνοι δ' ὑπὲρ ἀνέρος ἐσθλοῦ  
 Ζήνωνος. τῶν μόνων ἐνὶ σέβουσι ἐδέδγμην.  
 ὄψωτός, γλυκερῶν τε τέκνων, πρὸ κριν ἐμὸν ἦτορ.  
 οὐνομα Καλλικράτεια, βροτοῖς πάντεσιν ἀγαθῇ.

Ipsum præterea epigramma in Venerē ἀγαθὸν ἐναν, cui epitaphiū  
 Callicrateæ iungitur, ex græco quoq̄ est Antipatro. Sunt & illa  
 græci argumenti ( præter iam dicta, dicendaq̄, ac notata uolumi-  
 nibus impressis ) De tribus incestis, ex Stratone, De Thrasybulo  
 Tynnichi filio, authoris Dioscuridi. De Fortunæ uarietate tetra-  
 stichon geminum, ex disticho Statyllii Phlacci, seu altero Platoe  
 nis, an Antipatri.

οκείω χάρητες, γλυκερώτερα. ἢν δὲ βραδύτης,  
 πᾶσα χάρη κενὴ, μὴ δὲ λέγοιτο χάρη.

Ipsam igitur inscriptionē, ἢ χάρη ἀ βραδύτης, ἢ χάρη χάρη, ἢ temere  
 in parte operis coierit, summouendam putamus.

In saltatorem ineptum, duo epigrammata in unum redegit li-  
 brariorum imperitia, græci argumenti ea esse ignorantium, Lu-  
 cillii alterum, Palladē alterum. referenda & hic, tum ἢ sine iis  
 latina non est promptum intelligere. tum præcipue, ἢ quedam  
 adeo diuersa abeunt, ut sit luce clarius, nostrum in plerisque non  
 interpretis, sed imitatoris, conditorisque perfunctum munere. mul-  
 taq; aut aptius comminuisse, aut locupletius cōmuniuisse, exco-  
 luisseq; et ueluti coloribus aspersisse. Etenim illud, Spectator  
 ueram crediderit Nioben, ex alio eiusdem Lucillii expressit, Νιόβης  
 ἔμψυον ἀρχέτυπον. Et illud Μέμφις ὁ σιμός, an ipse uerterit SIMIVS  
 IDEM, uel errore deprauatum fuerit excribentium, non facile di-  
 xerim. Ipsa epigrammata sunt hæc,

Λυκίλλης.

πάντα καθ' ἴσους δέχόμενος, ἐν τῷ μέγιστον  
 τῶν ἔργων παρεδόν, ἠγασσας μεγάλας.  
 τὴν μὲν γὰρ Νιόβην δέχουμένος, ὡς λίθος ἔστις.  
 καὶ πάλιν ἂν Καπαεύς, ἕξα πίνης ἔπειτες.  
 ἂν ἐπὶ τῆς Καμάκης ἀφυσῶ, π καὶ ἕξος ἦν σοί,  
 Καί ζων ἐξήλθες, τοῦτο παρ' ἴσους.

Γαλαδᾶ.

Δάφνην, ἢ Νιόβην δέχισατο Μέμφις ὁ σιμός.  
 ὡς ζύλιος, Δάφνην. ὡς λίθινος, Νιόβην.

Clarus olympiacis & Lycus in stadiis.

Non esse commutandum hic, Ast Lycus. uel, Est Lycus. facile  
 intelliget, qui de Lucillio conuersum epigramma nouerit. Ver-  
 rum ille non Hāmonem Deum, sed Olympum uatem conuenisse,  
 refert, qui Onesimus, Hylas, & Meneclēs uocarentur. Cum Au-  
 sonius eos Phegeum, Hylam, Lycum nominarit. ac præterea in  
 quibusdam aliis (more suo) diuersus abierit, eo quidem genio,  
 ut cum neq; omnia reddiderit, nihil tamen omisisse uideatur,

Γρὸς τὸν μᾶντιν Ολυμπίων Ονήσιμος ἦλθ' ὁ παλαιστῆς,  
 καὶ πένταβλος Ὑλάς, καὶ σταδίου Μενεκλῆς,  
 τίς μελλεὶ νικάει αὐτῶν τὸ γάγωνα θέλοντες  
 γγῶναι. καὶ κείνος τοῖς ἰεροῖς ἐπίδων,  
 πάντες ἐφ' ἡνικάτε, μόνον μὴ πῆς σε παρέλθῃ,  
 καὶ σὲ κατατρέψῃ, ἢ σὲ παρατροχάσῃ.

Epitaphium Callicrateæ, quo plerique admirari non desinunt,  
 cur res ea, par miraculo, nec indigna, quam inter macrobios Lucia-  
 nus, uel inter sceminarum uirtutes Plutarachus referrent, ab histo-  
 ricorum nemine apud nos literis mandata fuerit, e græcis sumptū  
 epigrammatis inuenies. Sed an duos ultimos in eo uersus con-  
 sulto noster prætermiserit, ut non negare ausim, ita ne id ipsum  
 quidem affirmare. Est autem incerti authoris.

Εἴκοσι καλλικράτεια καὶ ἐννέα τέκνα τεκούσα,  
 ἔδενός, ἔδεναις. ἔδρακόμενθ θάνατον,  
 ἀν' ἕκατόν ἑ πέντε διηυσάμην ἐνιαυτός,  
 σκήπτωνι τρομέραν δὲ ἐπέθεισα χεῖρα.  
 ἂ δ' ἔγω ἢ περίβωτος, ὑπὸ πλακί τῆδε πίδαμμαι,  
 μὲν ἐνὶ ζῶντων ἀνέρι λυσάμενι.

Nec dissimulandum, in non nullis, atq; adeo excusis uolumini-  
 bus, tanquam epigramma alterum, duo ipsa carmina seiuncta  
 circumferri. nulla prorsus ope rationis. Extat enim aliud, quo  
 Callicratea eadem, cunctis admirabilem mortalibus, se iactat, ac  
 præterea nouam Alcesten, quippe subeunte fata Zenonis, quem  
 solum maritum habuerit, et quidem luce filiisque cariorem.

Ἀλκίπρις νῆν ἐμί. θάνατον δ' ὑπὲρ ἀνέρος ἔδρου  
 Ζήνωνος. τὸν μόνον ἐνὶ σέβουσ ἐδέδγμην.  
 ὄφρωτος, γλυκερῶν τε τέκνων, πρὸ κριν ἐμὸν ἦτορ.  
 οὖνομα Καλλικράτεια, βροτοῖς πάντας ἀγαπῆ.

Ipsum præterea epigramma in Venerē ἀγαθὸν ἐμὸν, cui epitaphiū  
 Callicrateæ iungitur, ex græco quoq; est Antipatro. Sunt & illa  
 græci argumenti ( præter iam dicta, dicendaq; ac notata uolumi-  
 nibus impressis ) De tribus incestis, ex Stratone, De Thrasylulo  
 Tynnichi filio, authoris Dioscuridi. De Fortunæ uarietate tetra-  
 stichon geminum, ex disticho Statyllii Phlacci, seu altero Platoe  
 nis, an Antipatri.

Dum dubitat Natura marem faceret ne puellam,  
 Factus es o pulcher pene puella puer. Distichon hoc in  
 quempiam formosum, Virgilio esse, non Aufonii, uetustum qui-  
 dem exemplar, sed quod potuerit post Aufonii quoque tempora scri-  
 ptum uideri, fidem facit. Inter Bucolica siquidem ac Georgica  
 relatum comperimus Romæ in bibliotheca, quæ est ad Populi,  
 cum duobus iis, qui maroniani perhibentur,  
 Nocte pluit tota, redeunt spectacula mane.  
 Diuisum imperium cum Ioue Cæsar habet.  
 Monte sub hoc lapidum tegitur Balista sepultus.  
 Nocte, die, tutum carpe uiator iter.  
 Cæterum, uix est ut cuiusque, ne dum nostra, coniectura statuatur,  
 an ipsi super puero uersiculi Virgilio quæ Aufoniu authorẽ mentian-  
 tur. Expediet aut hæc comonuisse obiter, quæ dicturi sumus, quædam,  
 quæ Maronis hætenus crederentur edyllia, Aufonii demum agnita.

In Polygitonem scabiosum. Ad phlegetontas sese iam prepa-  
 ret undas. Scribendum, PRAEPARAT.

In Siluium. Simplex desinat esse bonus. Lege: DESINET.

In epistola ad Paulum, Vel celerem manuum. Scribe, MAN-  
 NVM, quod est equi genus Ouidio, Lucretio, Horatio. Et  
 mannulos dixit Martialis, & Plinius in quadam ad Clementem  
 epistola. Habebat puer mannulos multos & iunctos & solutos,  
 habebat canes.

In inuitatione ad Paulum. Aut proauis antiquior, ut fuit olim  
 tartessiorum regulus. Arganthonium tartessiorum regem indica-  
 ri, plane constat. Cui centum & quinquaginta annos tribuunt  
 Anacreon, Strabo, Plinius. centum autem & triginta, Asinius  
 Pollio. centum & uiginti, Herodotus. Val. Max. Cenforinus:  
 trecentos denique Silius Italicus, his uersibus,  
 Arganthoniacos armat Carteia nepotes.  
 Rex proauis fuit humani ditissimus æui,  
 Terdenos decies emensus belliger annos.

Quorum in primis memorem fuisse Aufonium, dum uersiculos  
 meditaretur suos, uox ipsa PROAVIS non nihil ostendit:  
 Nec præterea ambigimus, posse fieri, ut cum Anacreonte Sillio  
 conueniat, si quis ita legerit, Ter quinos decies emensus belliger  
 annos. Sed ouidianum illud meminerimus, Exit in immensum  
 secunda licentia uatum, obligat historica nec sua uerba fide. Ne  
 quis autem abuti nos authorum testimonio existimet, erratum tri-  
 plex in Val. ac Cens. recognoscat, oportet. Arganthonius gadi-  
 tanus (inquit Val.) tam diu regnauit, quam diu etiam ad satietatem  
 uixisse abunde foret. LXXX. enim annis patriam suam re-  
 xit, cum ad imperium. LX. annos natus accessisset. Cuius  
 rei certi sunt authores. Asinius autem Pollio, non minima pars  
 Ro. stili, in tertio historiarum suarum libro, centum illum & tri-  
 ginta annos expleuisse, commemorat. & ipse numerosæ uiuacitatis  
 haud paruum exemplum. Huius Regis consumationem anno-  
 minus admirabilem faciunt æthiopes. Quos Herodotus scribit  
 centesimum & trigessimum annum transgredi. Hætenus Valerius:  
 Legendum uero, Cum ad imperium. XL. annos natus accessisset:  
 ex manuscriptis omnibus codicibus (omnes autem, quos uidere  
 nobis contigit, accipi uolumus) Atque ita fiet, ut Herodotum au-  
 thorem etiam sequutus appareat. Cuius in Clio hæc sunt,

Απικόμενοι δὲ εἰς τὴν Ταρτησοῦν, προσφιλῆς ἐγένετο τῷ βασιλεῖ τῶν παρτησίων,  
 τῷ ὄνομα μὲν ἦν Ἀργανθώνιος· ἐτυράνευσεν δὲ Ταρτησοῦ ὀγδὼκοντα ἔτη· ἐβίωσε  
 δὲ πάντα, εἰκοσι ἑξήκοντα. Quod autem legitur, scribi ab Herodoto,  
 Aethiopes centesimum & trigessimum annum transgredi, emen-  
 dandum. C. ET. XX. ex iisdem codicibus, nec non Herodoto.  
 Qui libro tertio ἔτα μὲν (inquit) εἰκοσι ἑξήκοντα τῶν πολλοῦ ἀπέ-  
 πικνεύθησαν. Nunc ad Cenforinum, Poetæ quidem multa incredi-  
 bilia scripserunt, nec minus historici græci. Quamuis a uero par  
 non fuit decedere. Ut Herodotus, apud quem legimus, Argan-  
 thonium tartessiorum Regem. C. & L. annorum fuisse, aut Epho-  
 rus, qui tradit, arcadas dicere, apud se Reges antiquos aliquot  
 ad. ccc. uixisse annos. Reponendum autem ANACREON  
 pro, Herodoto. Nam Plinius ait, Anacreon poeta Arganthonio  
 tartessiorum Regi. C. & L. tribuit annos. Et Strabo, ob hæc cau-  
 sam Anacreontem hunc in modum dixisse, Equidem Amaltheæ

cornu nolui, neq; annorum .c. & .l. imperium tenuisse Tartessu.  
Cæterum Herodotum, Regem ipsum nominatim descripsisse,  
& Arganthonium uocitasse. Vel potius in ipsis numeris putan-  
dus est error, ac scribendum .C. ET .XX. nomenq; HERO-  
DOTI custodiendum. Sed ueluti hoc ipsum diligentius con-  
siderandum, non negauerim, ita illud longe magis, q; Lucianus  
Centum & quinquaginta Arganthonium egisse annos, ex Hero-  
doto, nec non Anacreonte testatur in Macrobiis. *Αργανθώνιος μὲν οὖν  
πρωτοῦ βασιλεὺς πεντήκοντα ἔτη βίωσι λέγεται. ὡς Ἡρόδοτος ὁ λό-  
γιστοῦς, καὶ ὁ μελοποιὸς Ἀνακρέων· ἀλλὰ τούτο μὲν, μῦθος τισὶ δοκεῖ.*

Nec prodest penetrale domus, & operta subire.  
Per tecta clamores meant,  
Absurdum uidetur, uulgi clamores, & prætereuntium strepitus  
per tecta ingredi ad aures, præsertim clausa domus intimaq; sube-  
untium. Vox enim ipsa in altitudinē prærepta, inq; latitudinem  
progressa, resiliere per tectum (ni sint alia sublimiora tecto corpo-  
ra, quæ scandenti occurrant atq; obstant) non potest. Emen-  
dandum itaque putauerim, PER . SEPTA . Ut intelli-  
gantur non externorum tantum parietum præcinctiones, sed in-  
terne quoq; septiones. Ac uidetur Aufonius intimam Naturæ re-  
rum quæstionem sequutus, ex Lucretio libro primo, his uersibus,  
Inter septa meant uoces, & clausa domorum  
Transuolitant. Nec multo post,  
Transit enim fulmen Cæli per septa domorum,  
Clamor ut it uocis.  
Maro quoq; in Georgicis, Domorum septa uocat. Neq; illud  
etiam ambigimus, futurum aliquem, qui Tecta, loca ipsa clau-  
sa obstructaque, intellectu simplici, protinusq; obuio, arripiat.  
Verum nos emendationis nostræ non piget.

Nobiscum inuenies nullas, quia liquimus, cio.  
Corruptus hic uideri possit uersus, neq; suis syllabis enunciari faci-  
lis, non iniuria. Græcum quippe uerbū, more suo, usurpasse poe-  
tam crediderim, quod est, eo, uado. Eodē modo & in plautino  
Epidico uersus terminatur. Vnde lubet, nam nisi illas ante Solis

Occasum hodie ἴλω. Sic quoq; haud procul inde dictū Aufonio,  
Torquet aulaca .i. sulcum. Salaminus Aeas, pro Aiax. Quāq;  
græcis potius scribendum literis putauerim Αίας, non tē m uti cā-  
soni fugerit asperitatem in latino nomine, q̄ ut ipsum quoq; gemi-  
tum in flore scriptum indicarit. Sic & illud, Nobiscum inuenies  
*κατεροπλία*. rhythmici uidelicet speciem, ad quæ saltarent arma qua-  
tientes. Et ad Probū, Vacare dignabunt κόρα. Sed & in epistola  
ad Paulinum .8. literam fuisse illam inuēs, qua lacedæmonii Phi-  
lippo Regi abnuētes responderunt, ab .V. nostra uersum cœpit.  
Meminit eius Plutarchus *περὶ ἀδελφείας*, nec non in Apophtheg.

Carminis inculti tenuem lecture libellum, pone supercilium.  
Videri quidem poterat Aufonius, cum id ex Priapeiorum præfa-  
tione in suam conuerteret, inter æmulandum INCULTI, q̄  
INCOMPTI, maluisse. Verum in uetustis eius exemplari-  
bus præterquam INCOMPTI, nondum legimus.

Ad Paulinum. Nec de mimo planipedem, nec de comædiis  
histrionem. Rectius COMOEDIS. Ex manuscr. codicib.  
Quanquam pro ipso quoque opere sit mimus non infrequens.

Ad eundē Pontium Paulinum. Accessit tibi ad artem poeticā  
mellea modulatio, quid.n. aliud agūt. Prior lectio ADVLATIO  
Mutasse uidentur eam putantes Aufonii, non Paulini esse uersus,  
qui statim sequūtur, Audax icario qui fecit nomina ponto, Et qui  
chalcidicas moderate enauit ad arces. Quorū testimonio, Paulini  
adulatio poetam nō præterit. Sed eam melleam, q̄ perniciosam  
felleamque mauult dicere, patrio affectu. Habet enim hoc Au-  
fonius commune tum cum pluribus, tum uel maxime cum Sym-  
macho, Ut uidelicet quos fratribus filiisue suis libenter annume-  
ret, fratres filiosue nuncupet. Quid ergo (inquit) agunt aliud  
hi duo uersus, nisi ut tu uegetam alacritatem tuam, temeritatem  
uoces? me uero & cōsultū, & quæ filius debeat imitari, salutarī pru-  
dentia præditū dicas? Arrogātiā itaq; Paulinus uitās tanq̄ Icarī  
suā ipsius audaciā redarguere, Aufonio uero deblanditus modera-  
tionē patris Dædali in eo collaudare, uideri uoluerat his uersibus.

Qui soli huc adducti, atq; ab ordine ceterorum seiuncti, inspectionis negociū exhibent. Excludendus est & ille titulus, qui uersibus subditur, aduentantis noctis periphrafin continentibus. Quos eodem propemodum filo Planciades Fulgentius æmulatur.

Et qui chalcidicas moderate enauit ad Arctos. Vetus lectio. AD. ARCES. Librarii utram eligerent, rectam putarunt. q; de ipso Dædalo apud Virgilium legerint, Insuetū per iter gelidas enauit ad arctos, chalcidicaq; leuis tandē superastitit arce. Simul aut non uiderunt, q̄ non deceat, Septentrionē uocari chalcidicum.

Ad Vrsulum grammaticum. Primus iucundi fuit hic tibi fructus honoris. Et hic quoq; scriptū imprudenter pro FORET, Fuit. Grata nepe poterat uideri strenua Vrsulo, uel eo q; Ausonius amicus, & quæstoris uice, curarit ab Imperatore reddendā, quamlibet iucundior, manibus Augusti tradita, putanda foret. Ociosum sane aliter & subagreste quiddam uideretur. Nemo etenim ignorat, primum fuisse illum honoris fructum, tum cum ad tradendam publica mercede grammaticam inauكتورatus ab imperatore fuerat. Autoritate porro largientis munera metimur, gratioraque nobis esse solent, si uel a Principibus, uel ab amicis proueniant. Ostendit hoc non nunq̄ Martialis, ut cum ab Imperatore riuulum ex aquæ ductibus ad oportunitatem ædium suarum petens, nobiliorem salubrioremque fore prædicat, si ab illo concedatur. Quā dederis nostris Auguste penatibus undam, Castalis hæc nobis, aut Iouis imber erit. Et ad Marcū amicum, qui togam dono dederat, Vilior hæc nobis alio mittēte fuisset. Non quacūq; manu uictima cæsa litat. In actione quoq; gratiarū ad Gratianū Imp. Trabeam non magis auro suo, q̄ munere tuo splendidam.

Protulit in scenam quot dragmata fabellarum, Arcadiæ medio qui iacet in gremio. Legendum DRAMATA (nihil. n. hic cum manipulis) Quæ rei repræsentationem, comædiarum ac tragediarum actus significare dicuntur. δράμα enim est ago, represento. Cuius meminit Aristoteles in primis περι ποιητικής. Donatus ait, Comædiā p̄ quattuor partes diuidi, prologū, prothesin,

epithesin, catastrophē, Prothesin primum esse actum, initiūq; dramatis. Porro, e tribus poematum generibus, exegetico uide licet uel apologetico, quod latini enarratiuum uel enunciatiuum dicunt, in quo poeta tantum loquitur, & mixto uel communi, quod græci κινόν uel μικτὸν appellant, quo & poeta loquitur personæque inducit loquentes, dramaticum uel mimeticum appellatur, a latinis uero actiuum uel imitatiuum, ubi nusq̄ poeta loquitur. ut in comædiis ac tragediis. Terentius denique subobscura hac periphrafi indicatur. Qui sex in scenā comædias protulit, qui que in Stymphalo Arcadiæ opido, dolore ac tedio amissarum fabularum, uita functus ac sepultus, traditur.

Quot telios primus numerus, solusque probatur. Græcā uox est τέλιος, quæ numerum significet, ut scribit Pollux περι ἀριθμητικής libro quarto. Verū hic nō telios, sed TELEOS scribendū uidetur. Græcis enim & τέλιος & τέλιος utrunque dicitur, sed alterū correpta media, alterum producta. Et Marcianus ait, Quosdam e numeris perfectos esse, quosdam ampliores perfectis, quosdam imperfectos, uocari autē τελίους, ὑπερτελίους, ὑποτελίους. Nisi quis eo dictum modo uelit, de quo & in Phidia disseruimus. Sex itaq; philippos περιφρασιῶς & hic Ausonius per senarium expressit numerum, qui primus perfectorum perhibetur. Boetius in Arithmetica, Perfecti, inquit, numeri sunt intra denarium numerum vi. intra cetenarium. xxviii. intra millenarium. cccclxxxvi. intra decem millia, octo millia centum uiginti octo. Festiue deniq; ac perurbane in nouissimis uersiculis, quem utriusque gentis nō barbaræ decus dixerat Ausonius, insigniora in his uina, nostra uidelicet aminea, græcorum uero chia, Vrsulum pocillare, subtexit.

Ad Paulinum. Quāq; hæc ipsi de se probabunt. Rectius, Quāquam HOC ipsi de se probabunt. Quod & uetustus codex habet. Sed & in epistola ad Probum, Nam quis, inquit, hos diu cogitaret? Quod sane ipsi de se probabūt. Utrobique ex imitatione Papinii ad Stellam, ita præfati. Quāquam uereor, ne uerum istuc uersus quoque ipsi de se probent.

De Philone uillico. Non cultor instans, non anitor guaruris; Exemplar manuscriptum, **NON . A R A T O R . G N A R V R I S**. Glossema id incōpertum pluribus, atq; his in primis, qui Gnarus est, eius loco reponendū iudicarunt. Gnarurem dici gnarum sciētemq; inuenimus apud Placidum, grāmaticum nescio quem, ut uerum fatear, sed autoritatis eius, ut qua parte profit, explodendus nō sit. Videtur autem etymologia propior, ut Gnaruris gnarus ruris accipi oporteat, sed non tam ad peritum referatur agricolam, q̄ in præstantem aliorum quoque studiorum artiumq; transferatur. Quo fere modo adorea a farris honore unā quaque gloriam significat. Ut præteream, q̄ uir bonus uel solo coloni nomine monstrabatur, amplissimeque laudari credebatur; & cætera, quæ .M. Cato in primo de Re Rustica, & Plinius, xviii. Nat. Hist. exequitur.

In epistola ad Paulinum secunda. Ignauos agitet talis timor, ac tibi nullus sit metus. Scribo, **A T**. In eandem sententiam ad nepotem suum, Degeneres animos timor arguit, at tibi consta intrepidus.

In eadem epistola, clandestinas quasdam literarum formulas super opertis rebus, & scribendi latebris referans, uersus est, coagmentatis perperam elementis, atque amota quæ superinduci solet notula, mēdosus, Vel lacedæmonias cytalen imitare libelli. Lege igitur, **LACE**dæmoniā scytalen. Est .n. Scytale furculus teres, & arcanarum quoddam literarū genus, ab lacedæmoniis inuentū, eiusdem cū furculo, quo inuoluebatur, nominis, ὡς τῷ μετροῦπι μετρομένον, quod Plutarchus ait in Lyfandro. Meminit abunde Gellius. Cicero quoque ad Atticum, Habes σκυτάλην λακωνικὴν.

Præceptor primus largitor honorū, primus in aonidum qui te collegia duxi. Interstitium hoc, quo facile defectus dictionis unius ostendatur, promptam etiam ingeniosis materiam tribuit, in hunc modum corrigendi, Præceptor primus, primus largitor honorum; Verus autem codex ita habet, **PRAE**ceptor primus, **VET**ERVVM largitor honorum.

Ad eundem Paul. Nec tam promptum gesta duobus, unum deficiente pari proferre sodalē. Legendum **PERFERRE** Subductam præterea librarii dictionē rati, spatium hic quoq; inter gesta, & duobus, reliquere. Quid si legatur **GESTATA**. Nā & his Paulinus ita respōdit, Discussisse iugum quereris me, quo tibi doctis iunctus eram studiis, hoc nec gestasse quidē me, assero.

Sistere cecropidum in terris monumenta parenti. Legendum **PARANTI**. Pernotus est Marathon ingenti hac Persarum clade, qua uicti, fugatiq; ab atheniensibus fuere. Eiusdem argumenti græcum quoque epigramma transtulit Ausonius εἰς νέμεσιν. Cuius illud, εἰς πέρας τοῦ πολέμου νέμεσις, uidelicet ἔσθια, quod Ausonius, rem sane ipsam explicans, uertit, Punio sic perfas uaniloquos Nemesis, nō nihil eo pertinet ex eadem epistola, Vltro etiam uictis Nemesis stetit attica persis.

Egelidæ ut teneant hyemes. Legendū **TEPEANT**, ex manuscripto codice.

Sed cur tam mœsto sero tristia carmina uersu, Et non meliora animos se uota propinquare. Sit fortasse corrigendum **ANIMO** & **PROPINQVANT**, & addendū **CVR**. in hunc modū, Et cur non meliora animo se uota propinquant? Sed nihil muto.

Trebellica iam tenetarua. Emendandum **TARBELLICA** Tarbelli enim Aquitaniæ populi, pyreneis montibus adiacentes, ex hispana Vasconia profectis occurrunt.

In alia ad Paulinum epistola. Atque arguta suis loquitur coma pinea uentis. Vetus codex **CVMQ. SVIS . LOQVI TVR . TREMVLM** coma pinea uentis.

Quæ firmata probant, aut infirmata reclinant. Exemplar idem, **RELIDVNT**.

Nec amat blandis deponere uerum. Scribo **POSTPONERE**, ex eodem codice.

Culmenque senatus. Vetustum exemplar, COLVMEN QVE . SENATI . Ad Probum præf. præf. Dico hunc senati præfulem . Et paulo post, Columen curulis romule. Et in Ludo septem Sapientum . Fructi est optimi . Nomina quippe ista inflexionis quartæ tam uarie mutata sunt olim Veteribus, ut senati uel senatus, pro senatus, dixerint casu patrio. quæsti & quæstuis, parti uel partuis, anuis, domuis, tumulti, fructi, atque alia innumera .

Hanc uocem bæotia nomina musæ accipite . Legitur etiã Numina . Neutrum improbandum . Illæ enim Parnassum Heliconemque Bæotiæ habitasse memorantur . unde sint parnassides, pegafides, heliconides . Illæ consecrata loca habuisse Thespiis, Piera, Aonia, bæotiorum . unde thespiades, pierides, aonides . Ideoque tã Bæotiæ locorum numina putantur, q̄ a uariis eiusdem locis nomina diuersa sortiuntur . Malim tamen NOMINA q̄ Numina . Paulinus enim quã epistola Ausonio respondet, super hac (ut mea fert opinio) particula, musas per annominationem deridens, inquit, Sine numine nomina musas .

Ad Probum præf. præf. Oblata per antiquarios mora, scio promissi mei gratiam expectatione cõsumptam, Probe uir optime . In secundis tamen habeo non fefellisse . Legunt alii, In sæculis . Mihi prior lectio manifesta uidetur . Primum, inquit, erat, ne promissis meis gratiam expectatio derogaret . Secundum tamen est, q̄ non fefellerim, tametsi amanuensium tarditate serius q̄ oportuit, rem peregerimus . Est apud . M. Tul. sæpenumero, In postremis, quod apud non nullos, In ultimis . & apud Plin. etiam In nouissimis . Sic & in secundis, citra uitium, nec infeliciter dixeris . Ut sit in primis, in secundis, in postremis, pro, primo, secundo, & ultimo loco . Antiquarios præterea eosdem hic accipiendos, qui & in Augusto apud Suetonium, aucupatores uidelicet affectatorumque antiquorum atque obsoletorum uerborum, perperam interpretantur . Appellasse uero antiquarios uidetur seruos a manu, & rerum domini exscriptores . Pari propemodum ratione Sidorius, quadam ad Firminum epistola .

Liliique somniferos modos . Legitur & Lilli, & Lalli . Postrema uox manifestior, ex manuscriptis codicibus, & q̄ apud Persum legitur .

Et similis Regum pueris pappare minutum  
Pocis, & iratus mammae lallare recusas :

Nec omnino temere scriptum quoque, Lilli . Nuper enim non in Pannonia solum, atque adeo apud Septentrionales plerosque populos, uerum etiam ultra Sauromatas, non sine admiratione audiimus ad suadendum nutritio more infantibus somnum, dici, Li lu Li lu, tum & La lu La lu, & La la La la : Quod nostrates fere Nan na Nan na, & Nin na Nin na, etiam mora quadam uocem suspendentes, passim dicere consueuerunt . Mouit porro nos maiori quadam admiratione, quod infantes ipsi & horriduli & sordiduli, uix dum fari incipientes, mamma atque tatam latine balbutiunt, ipsis quoq; matribus non intellecti . Ut uideri possint & hæ quoque uoces naturales magis q̄ arbitrariæ .

Aequoream liqui te propter amice garunnam . Mittitur hæc epistola ad eundem Paulum . Imperitus autem quispiam, tanquã ex AMICE nomine admonitus, titulum fecit, AD . AMICVM . VT . QVAMPRIMUM ad se ueniat, error in codicibus Ausonii haud sane infrequens . Ineptum enim fuerit putare, aliam hic inscriptionem ab authore suo positã, q̄ semper antea grecis etiam uersibus eadem serie . Scribi certe hanc ad Paulum, indicio est alia epistola, quæ carmini subiicitur paschali, eodem fere argumento, germana huic, & uelut connectenda, tum nõ nihil uersus ultimus utrobique idem, Vale, ualere si uoles me, uel uola, Quos equidem (ut id etiam commoneam) ita profus editos putauerim, neque laborandum ut in pentametri membra redigantur, quos esse trimetros auctori libuerit haud dubie . Nam & in trimetro iambico ad Tetradium, eundem ferme rettulit, Vale, ualere si uoles me, peruola . Sunt autem illi inter alternos haud improbabili ratione locati, q̄ quamuis pedibus gradientur inter se diuersis pentameter & trimeter, mensuris tamen iisdem, totidemq; syllabis constare, nihil impedit . Hinc & reciprocis uersibus contingit, ut qui pentameter elegiacus currit, iambicus plerunque



recurrat. Conuenit etiam uel eo concitos inseruisse pedes, q̄ non suis pedibus eum, qui egrotauerit, uenire, ac uolare desiderat. Terentianus hos quidem exametris miscuit, ea lege, q̄ utriq̄ senis pedibus constent. Exametros (inquit) tradit genitos duo prima uetustas. Herous ille est, hūc uocant iambicum. Nam pedibus senis constare uidemus utrunq̄, Diuersa quanquam lex sit ambobus pedum. Talis autem metrorum modus, qui & heroico & iambico ordinatur, Coniunctus uocatur.

Nec celeres mulas ipse metiscus agas. Apud Maronem, Iuturna uirago aurigā Turni media inter lora Metiscum excutit. Itaq̄ Paulinum ab Auf. Metiscum appellatum remur, quasi equo excussum, uelut ab Iuturna deturbatus curru est Metiscus Turni. Ipsi enim Paulum equo cecidisse, eo uersu innuit, Si post infaustas uigor integratus habenas, Et rediit membris iam sua mobilitas. Sic ferme infaustum Hellespontum dixit Flaccus, in quem Helles ceciderit. Infaustos agnoscent uellera fluctus. Cæterum in Virgilio pariter atque Aufonio scribendū uidetur, METHYSCVS, ex uocis etymologia. Quam apud unum Planciadem Fulgentium inuenimus, in libello, qui est in paucorum manibus, incriptus, Expositio Virgilianæ continentię. Cuius extrema uerba, in compta sane, ut fuit non tam authoris uitium, q̄ tēporis, hæc sunt. Iuturna in modū pernicii ponitur, q̄ diurne permaneat. Ergo furibundæ mentis perniciis soror est. Currum uero eius q̄ regit, & eum de morte protelat, certe perniciis, q̄ furorem diu producere nouit, ne finiatur. Nam primum aurigam Methyscum habuit. *μῆθυκος* enim græce ebriosus. Ut primum furiam animi ebrietas ducit, dehinc perniciis ad protelandum accedat. Ideo & ipsa immortalis dicitur, Turnus uero mortalis. Furor enim animi cito finitur, perniciis uero diuturna perseuerat. Ideo & currum eius circumagit, idest in longum tempus protelat. Rotæ enim in modum temporis ponuntur. Vnde & Fortuna rotam ferre dicitur, idest temporis uolubilitatem. Proinde, multæ fidei exemplar uirgilianæ Aeneidos, in secretiori Vaticana bibliotheca, nunc Metiscum, nunc (ut scribi conuenire uidetur) METHYSCVM habet.

In præfatione ad Homeri periocham. Et œconomiae expertibus. Manuscriptus cod. ET . POETICAE œconomiae expertibus. *ὀκονομίας* enim hic per abusionem posuit, ut . M. Tul. ad Atticum in prima epistola libri sexti. Fabius Quintilianus, Hermaïoras iudicium, partitionem, ordinem, quæq̄ elocutionis sunt, subiecit œconomiae. Quæ græce appellata ex cura rerum domesticarum, & hic per abusionem posita, nomine latino caret.

Per ægyptium Regem seruantissimum iusti uirum, Helenam cum his, quæ una cum eadē fuerant, arreptam Paridiq̄ sublatam. Emendandum puto sic, HELENAM cum his, quæ una cū eadē fuerant ARREPTA . PARIDI . SVBLATAM Confirmatur id non nihil ex Herodoto in Euterpe. Qui & Regem ipsum Proteum fuisse tradit.

In prima Iliados periocha. Chryses Apollinis sacerdos, ob redimendam filiam cum Agamemnoni supplicasset, & cōtumeliose repulsus, deū precatur ultorem. Coniunctiua particula eradenda est. ne participium, Repulsus, in uerbum transire cogatur, quod est, Repulsus esset.

Quæ fiducia defensi quondam cum Aegeone Iouis ultum iri affectanti iniuriam, obtestatur summum deorum, ut troianos in rebus belli superiores esse patiatur. Manuscriptus cod. AFFECTANS. ut ad Thetiden referatur. Possit autem prior ipsa lectio fortasse non mutari. Quæ cum impeditior uideretur, commutandi materiam dederit, ac non nullis etiā imprimendi, Aegeo, pro AEGEONE. Videtur ergo intellectus esse talis. Thetis, ea fiducia q̄ una cum Aegeone Iouem olim defendisset, obtestatur summum Deorum ultum iri iniuriam affectanti .s. Achilli. Etenim ulcisci quis iniuriam amico, dici consuevit, qui illatam amico ipsi iniuriam uindicat. Apud Homerum hanc fabulam Achilles matri commemorat, qua posse eam contendit impetrare ab Ioue, ut iniuriā ab Agamemnone animaduertat. fauēdo uidelicet troianis. Coniurasse itaque in Iouem, ait, Neptunum, Iunonem, Palladem, aliosque deos (tametsi Lucianus, quodam

Martis ac Mercurii dialogo, hos ipsos treis dūtaxat fuisse refert) cumque eum comprehendere tentarent, miserata Thetis protinus Centimanum, quem & Briareū Di, & Aegeonem mortales appellent, in Caelum perduxisse. Atque ita Ioui assidentem illum cōspicati Coelicolæ, quamprimum perterriti nec uincula patri, nec perniciem intentare sunt ausi. Rem signasse ipsam Tertullianus uidetur in apologetico. Iouem, inquit, nec eandem uim a ceteris cœlitibus experiretur, opera cuiusdam monstri liberatum.

Periocha .β. Iliados. Pertentat militū uoluntatem. Scribendum, PRAETENTAT. hoc est experitur, periculum facit, *περὶ τῆς ἀποστολῆς τῆς*

Iamque omnibus nauigationem adhortātibus, fēda discessio ab Vlysse cohibetur. Relegendū, ADORNANTIBVS ut lectio prior fuerat, hoc est instruentibus, armantibus, & præparantibus. Terentius in Eunucho, Ita iam adornabat fugam: Traxisse arbitror in errorem, q̄ Homerus ait, *τοῖς ἀλλήλοισι κέλευσεν ἀποσθῆναι γῆρας*. Licet autem in poeta ipso contēplari, soluta concione uniuersam pene multitudinem gregatim ad naues contendisse, & iam præparari quæ ad nauigationem facerent cœpisse, ut nulla fere spes reuocationis uideretur, nisi fandi artifex Vlysses a Pallade mādato Iunonis admonitus eos a reditu prohibuisset, & qua precando, quaque metum intentando, uix ægreque ex ipsis nauibus retraxisset. Consentaneum itaque uidebatur, præparationem hanc in complexione atque epitome ipsa recenseri. Qua hercle nobis cognita, quis non eas secum inter seque omnium adhortationes subintelligat?

Periocha .γ. Iliados. Argiuos sua quenque acies in bella sequuntur. Excludēda uidetur .M. litera, ut sit QVAEQVE Nec temere aliunde quam ex Homero ipso intellectus aperitur, Qui est, Quæque acies sequuntur argiuos in sua bella, troes autem, dispositi in turmas equitum cuneosque pedestres, clangentes turbida confundunt agmina. Homericorum carminum & Aelianus meminit

Periocha Iliados .δ. Vacuique exorsa laborem fortunamque ferunt, proprii discrimine fati. Concretæ dictiones seiungendæ sunt, addendaque .S. litera, ut legatur, SVA . CVIQVE Virgilianum enim est. Sua cuiq̄ exorsa laborē fortunamq̄ ferēt.

Periocha .ε. Ab Aiace Telamonio præliū singulare cōseritur. In quo Hector lapide ictus, in suorum se recipit multitudinem. Perseuerante certamine caduceator Idæus interuenit. Tum inuicem missis muneribus pugna sedatur. Hector Aiace gladio, Ajax Hectorem baltheo muneratur. Pertinax & indigna mēda hunc locum occupauit hætenus, atq̄ inoleuit, Ausonio perinde ut Homero ueritatiq̄ contraria. Etenim, q̄ Hector lapide ictus in suorum se receperit multitudinem. xiiii. Iliados continetur. Hoc autem præliū, pari fere gloria, pares uiribus, munerantes sese inuicem, discesserunt. Vnde & Ouidius Homerum sequutus in oratione illa egregia Vlyssis contra Aiace, ait, Sed tamen eue tus uestræ fortissime pugnae quis fuit? Hector ab it uiolatus uulnere nullo. Corruisse quidem Hectora ab Aiace ictum lapide, dissimulandum non est. Sed Aiace ille prior saxo altero percussit. Memorandum, quis excipiet, hoc loco ictum Hectorem uehementius & collabentem. Quid est autem q̄ ait, In suorum se recipit multitudinem? Quid, Perseuerante certamine? Excludenda igitur ea tota uiderentur, IN Quo Hector lapide ictus in suorum se recipit multitudinem. Quæ temere atq̄ imprudenter inculcata, aliud erroris adminiculū per contagiū parauere. Missis .s. muneribus, pro DATIS, aut aliud quod addi uis simile. Poterunt fortasse uetusta nacti exēplaria, meliora aliquando substituere. Nos enim falsa tantum ac superflua conuellimus homerica lege, nil utiq̄ immutantes. Nam q̄ singulare hoc certamen Dion Chrysostomus & fictum & falsum contendit, q̄ que pugnae diremptionē, muneraq̄ ipsa male uersa, stultam æque rem atq̄ uanam contemnit, friuoli omnino apud me momenti semper fuit. Præcipiti namq̄ uel in græcos similitate, uel in Homerum calumnia uir alias grauissimus, philosophiæ suæ rationē non satis habuit. Effecitq̄ potius, ut pro Chrysostomi nomine, quod sibi scriptis alijs pepererit, loqe diuersum adoptarit iam Criticostomi.

Periocha . 9 . Iliados . Nullus deorum odio in alterius fauore procedat . Corrigendum , Nullus Deorum odio IN ALTEROS . VEL . FAVORE . PROCEDAT . Ex manuscripto codice .

Periocha . x . de Dolone . τὸν ἄριστον . Et fateri uniuerfa compulsum eodem loco interficiunt . A quo de aduentu Rhesi Thracum Regis edocti, ipsum etiam cum eo obruncant, equosque eius, praemium simul & testimonium grassationis abducunt . Parū castus ac ne latinus quidem sermo uerbis hisce continetur . Ideoque emendandum credimus, ut in uetusto codice inuenimus, IPSVM CVM . XII . OBTRUNCANT . EQVOS . ETIAM EIVS . & cetera . Homerus enim ait, duodecim uiros, thraeces itidem, ac postremo Regem ipsum a Diomede laeto datū . Et Ouidius in Ibin, Nec tu quā Rhesus somno meliore fruaris, quā comites Rhesi tu necis ante diem . Nam Dictys praeterquam in regiam cædem crassatos Diomedem atque Vlyssē, non meminit .

Periocha . 11 . Paris dubiæ apud grecos, uel potius afflictæ, ultimæ fortunæ statui aguntur . Duplex mædium singula inuertit . Legendū igitur, RES . non Paris . & STATV . nō Statui . Ex manuscripto codice . Præsto sunt nō nihil etiam quæ in periocha ab hac tertia sequuntur . Iuppiter somno expergitus uidet statum certaminis innouatum, pelliq; troianos .

Periocha . 12 . Vigiliæ eius uxoris labefactat illecebris . Emēdo, VXORIIS . thethico nomine .

Periocha . 13 . Aspere Iunone increpata & minaciter per Iridem conterrita, fratrem iubet auxiliatorem desistere . Ut Homerus ait, increpata Iuno Iridem iussu Iouis accersit . Cui mādāt ipse Iuppiter, ut in aciem delapsa, Neptunum minis quoque additis imperet ab ope grecis ferenda desistere, prælioque abstinere . Sit igitur fortasse corrigendum, ut in manuscr. cod. comperimus, Aspere Iunone increpata, & minaciter per Iridem FRATRE CONTERRITO . IVBET Auxiliatorem desistere .

Neque segnius poterit, remota coniunctionis particulā, ita legi, ASPERE Iunone increpata, MINACITER . PER . IRIDEM . CONTERRITVM . FRATREM IVBET auxiliatorem desistere .

Periocha . 14 . Iliad . Ruentes supra uallū, & inuicē efficientes . Legitur, ex aliorum castigatione, Effugientes . Ut autem solocissimi fœditas absit, secundam tantum uocalem in quartam circumducendam potius redigendamque credimus, ac scribendum, INVICEM . OFFICIENTES, idest mutuo impedites, atque alter alterum proculcantes . Quod inopina trepidaque formidine ruentibus contingit .

Periocha . 15 . Cum diuersi exercitus contenderent, greci, ut corpus defenderent, troiani, ut ad ludibrium cadauer eriperent . Manuscriptus codex, non DIuersi, sed IN : DIVERSA . Nec ERIPERENT ; sed ARRIPERENT . Alterum elegancia, alterum proprietate sermonis, magis amplectendum .

Periocha . 16 . Vulcanus exhortatus a Thetide, tota nocte, quæ longa est, cœlestia in gratiam nymphæ arma molitur . Rectius EXORATVS . etiam ex manuscripto codice .

Periocha . 17 . Ibi ab Achille . xii . millia troianorum iuuenes uincuntur, qui Patrocli inferiis immolarentur . Expungenda est illa dictio, Millia . & legendum, non Vincuntur, sed VINCIUNTVR . Homerus enim ait, Achillem alueo Scamandri fluminis cū innumeros trucidasset, cæde fatigatum uiuos inde duodecim delectos iuuenes captiuos grecis fociis ad nauē deducendos tradidisse . ut Patrocli deinde manibus immolarentur . Meminit & uigesima tertia rhapsodia eorum non semel . Et Ouidius in Ibin ait,

Vt quorum æacides misit uiolentus in altum  
Corpora cum senis altera sena rogam . Ut sint & hæc ipsa  
ἀλιπέτρα τῶν ἐπὶ σάρα . Maro quoque inter ingentē hostium cædem

Aeneam pietate grauem, iustitia, rebusque præclare gestis nobi-  
lem, inducere non dubitauit, qui uiuentes octo iuuenes raperet,  
Pallantis umbris immolandos, Homerum, uelut arbitror, sequu-  
tus. Neque tamen secius Imperatoris Augusti notam, duorum  
sub exemplo heroum, deterfurus. Autoritate cuius (ut quidam  
tradidere) trecenti ex dedititiis capta Perusia electi, ad aram diui  
Iulii hostiarum more, maectati sunt. Cuius immanitatis opinio  
ut credatur, sæuum suppliciorum genus, aliis quandoque ab eo  
infectum, facit. Rursus, ne fidem omnino res capiat, gentium  
mitissima etiam in iustas pœnas Romana maiestas, præuenit.  
Vnde autem tantum nubis castigantium mentibus inciderit, ut  
xii. millia conscripserint, equidem arbitror ob tantillam literam,  
quæ in VINCVENTVR uerbo desideraretur. Homericæ  
quippe lectionis expertes maluerunt dictionem Millia contexere,  
quæ duodecim tantum superatos a græcorum strenuissimo, putare.  
Nemo itaque reprehensus, qui plerunque uel exiles mendas con-  
uellit. Quando tam paruis initiis tam multiplices sepe pululent,  
tam informes emergant.

Periocha. x. Iliados. Hector interfectus & religatus ad cur-  
rum ter circum incenia troiana raptatur. Et si dixerit Virgilius,  
Ter circum iliacos raptauerat Hæctora muros.  
Homerus tamen ipsius circum Patrocli sepulchrum funebres post  
ludos, neque hoc, sed libro ultimo, asseruit. Alterutrum ne  
uerum fuerit, uel utrunque fictum, historiæ fide hic inquiri  
non oportet. Quando homericum plasma per singula sequutum  
Aufonium, uix est (ut opinor) qui uel saltem ambigat. Fortasse  
uero inde ortus error fuerit, quod hac ipsa rhapsodia fugientem illum  
ter circû pergama ab Achille infectatum, Homerus tradidit. Quæ  
res, uelut etiam in epitomen primum redigenda, uno uersiculo  
ante librum ipsum, pro totius argumento, comprehensa legitur.  
Illud certe arbitrari, stultum infantissimumque fuerit, aut eum  
de Virgilio sumpsisse rem consulto, aut ita quoque scriptum ab  
Homero ratum, amplius non quæsisse, cum illum toto ope-  
re imitandum pro archetypo, Maronem statuisse sibi, intelligen-  
ret. Equidem, quod periochas haberi ipsas corruptissimas, situ,

temporumque uitio intueor, priusquam hæc ita nullo modo po-  
tuisse scribi ab Aufonio, contendere desistam, eius esse uniuersas,  
minus impie negauerim.

Vltioni Patrocli, & uictoris iracundia, ad ulteriora supplicia  
referuandum. Coniunctio amouenda uidetur. aut legendum  
VLTIONE, latino casu.

Periocha. .o. Iliados. Fatiq; hominum in exanimo hoste ue-  
reatur, ad sepulturam corpore restituto. Homericæ quidem  
Thetis ad Achillem Iouis perfert mandatum huiusmodi, Succen-  
tere ei deos omnes, ipsumque præ cunctis Iouem, quod insanienti  
animo uinctum apud naues Hæctoris cadauer detineat. Id itaq;  
soluat, acceptisque muneribus Priamo restituat. Verba igitur  
illa, FAtique hominum in exanimo hoste uereatur. cum neque  
de Homero sumpta sint, nec cognosci satis posse uideantur, in me-  
dio relinquimus, tolli ne commodius, an emendari in his debeat  
FATA. Quomodo & nouissime imprimi curatum est. Cum  
autem sententiam ipsam ex libro Tristium tertio desumpserit, quo  
loco insultantem commonens Ouidius ac deterrens, ait.

Humanæque memor sortis, quæ tollit eosdem,

Et premit, incertas ipse uerere uices.

Considerandum ulterius, an dictio VICES, subducta esse  
potuerit, ac legendum, FATIQVE . HOMINVM  
VICES. Ut sit intellectus, Exemplo Hæctoris exanimi, uices  
humanæ sortis Achilli uerendas. Et cum nihil omnino affirma-  
tum a me uelim, non sit & illud etiam fortasse dissonum putare,  
perinde subtractum nomen, MEMOR. ac scribendum, FA-  
TIQVE . HOMINVM . MEMOR . EXANIMVM  
HOSTEM . VEREATVR. Codex quippe manu-  
scriptus ita habet, FAtiq; hominum, exanimum hostem uerea-  
tur. Nec quenquam confusio hæc rerum, modo additarû, mo-  
do ademparû in periochis, mouere debet, quam olim sacra ipsa  
diuini uatis poemata senserint. Dum lacera illa quidem confu-  
sæque antea Pisistratus collegit, ac disposuit. Spuriousque uersus  
Aristarchus notauit, ac dispunxit.

Odyssæ periocha . α . Dic mihi Musa uirum, capte post mœnia Troiæ, Qui mores hominum multorū uidit & urbes . Horatii uersus hi sunt . Nanque ille prior ex Homero transtulit . Sed in quibus semper fuerit nō MOENIA, sed TEMPORA . Detulit ingenue hoc illi Aufonius, q̄ nō putauerit poeta modestissimus felicius a se unquā conuertendos eos, q̄ ab Horatio semel fuerint . Ideoq; nec uerbum Tempora, in Mœnia, cōmutasse crediderim . Cum præsertim etiam uis quædam miseræ infelicisq; significationis ea uoce exprimi non ignorarit . Ut apud Ouidium, Forsitan & Pylius citra troiana perisset tempora, & apud . M. Tul. In ipsa nouitate meorum temporum . & , O, tempora, o mores . Neq; par conditio est eius carminis, ex . viii. Iliados periocha, Aurora in croceis fulgebat lutea bigis . Licet apud Virgilium libro . vii. legatur, Aurora in roseis fulgebat lutea bigis . Maro enim non unius imitatione loci pangere id potuit . Aufonio locum manifestum tractanti de uirgiliano quidem demere, homerico tamen addere, non licuit . Apud quæ tale est, Ἡὸς μὲν κροκόπεπλος ἐκίδατο πᾶσαι ἐπ' αἶαν . Denique in Horatio, Tempora, permutari non debere, arbitror . In Virgilio non absurdum uideri, si uel, Croceis, legeretur . Quod in periocha perinde defendendum est, ac Roseis excludendum .

Minerua in Ithacam, Ioue ita uolente, descendit, Mentorisq; Taphiorum Regis Ducis sumit effigiem . Linenda Regis particula . Quid est, n. Regis, Ducis? & legendum MENTIS. nō Mentoris . Homerus, εἰδόμενι ξένο παφίαν ἡγήτορι μίντι . Fuit autē is patre natus Anchialo, Taphiisq; imperauit . Mentor uero socius Vlyssis fuerat, quē ille soluēs Ithaca uniuersæ domui præfecit . Sumpta cuius forma in sequenti, & tertia, atq; etiā antepenultima, & nouissima rhapsodia, astitisse Vlyssi Mineruam cū poeta finxerit, proximitas & similitudo nominū errorem peperit . Seu q; cū eius quæ rhapsodia . γ . cōtinetur, in Mentore mutationis mentio a Cicerone facta fuerit, græcarum literarum insciis immutandi protinus audaciā suasisit . Scribit, n. lib. ix. epist. ad Atticū in hæc uerba . Hic ego uellē habere Homeri illam Mineruam simulatā Mentoris . Cui dicerē, Μέντορ πᾶς τ' αἶε ἴω, πᾶς τ' αἶε προστάζομαι ἀυτίο

Quem Penelope digressa Chalcidico, argūmento tam miserabilis offensa materiæ, ut alia concinat adhortatur . Vetus codex . DEGRESSA . Descendisse quippe illam, ὑπερῶα, quod est apud Homerum, indicat . De qua uoce Pollux in primo . Et Esychius, ὑπερῶον, ὑπερῶον ἀνάγκων οἰκῆμα . Tum uel maxime, q; periocha penultima, primum rhapsodiæ carmen, quo eadem pars ulyssæ domus, eodemque nomine attingitur, ita fuerit interpretatus, Chalcidicum gressu nutrix superabat anili . Chalcidicum ( inquit Festus ) genus ædificii, ab urbe Chalcidia dictum . M. Vitruuius libro tantum quinto, Chalcidica nominat, quæ in extremis basilicis, cum locus esset amplior in longitudine, constituerentur . Meminit & Eusebius, Domitiani tēporibus Romæ facta Mineruæ Chalcidica . Cæterum, Eius argumento materiæ Penelopem non frustra offensam, Homerus inducit . Neque enim eo solum poterat offendi, q; græcorum ei naufragiorum memoria refricaretur, uerum etiam q; omen fieri uideretur Vlyssi, tot maria, tot annis obeunti . Solinus in Polyhistore, Captus est oculo dextro Philippus apud Methonem . Cuius debilitatis omen præcesserat . Nam cum nuptias ageret, acciti tibicines carmen cyclopeum, quasi de colludio, concinuisse traduntur .

Periocha . β . Odyssæ . Oceano extulerat roseas Aurora iugales . Legendum . ROSEOS . Neque enim arbitrandum est (re præsertim expedita) ne non & hic quoq; Roseas quadrigas scriptum fortasse liquerit Aufonius, q; periocha . β . dixerit, Iam Cælum rutilat roseis Aurora quadrigis . Quin inspectione quoque dignum potius uideri debet, q; carmen homericum, tribus librorum initiis semper idem, noster semper uarium reddiderit . Periocha siquidem, xvii . ita uertit, Iam Cælum roseis rutilat Tithonia bigis .

Periocha . γ . Nec morâ facto consilio . Codex manuscriptus . NEC . MORA . FACTA . CONSILIO . hoc est, Post eam deliberationem nihil morati sunt, Nimirū parennetice, Vbi consulueris mature facto opus est .

Periocha . d . Odiflee . Circa Asteriam ergo infula , que Ithaca Samumq; interiacet , delitescens proci , occasionem fraudis expe-  
tant . Homerus ipse ait , ἀστερις ἡ μεγάλη . Item Plinius . Nam  
Asteria & ea creditur que mox Rhodos appellata est , & que Delos  
Cycladum media & clarissima . Veruntamen & hæc ipsa quoq;  
est Asteria , quam Homerus Asteridem nominet . Vt Strabo as-  
ferit . Quare si Asteriam hoc loco legeris , eadem quidem insula  
significabitur . Sin Asteridem , Homerus planius representabitur .

Periocha . e . Ab Inone dea misericorde feruatur . Quæ calan-  
ticam capiti suo demptam natanti accommodat . Exemplar ma-  
nuscriptū . INO . habet græca formula . Quomodo & in supe-  
riore quoque periocha , CALYPSVS , non Calypsonis , scrip-  
tum reliquisse Aufonium , affirmare non dubitauerim . Etenim  
latini sermonis lenitas inconditum eum asperum queuocis sonū ,  
usu tamen ueterum non improbatū , egre pati iam assuevit . Quod  
autem ad calanticam huius loci pertinet , apud Homerum , qui in  
latinā ciuitatem commigrauit , diuersa prorsus est interpretatio ,  
& quam tueri quisquam , citra huius nostri pudorem , non ualeat .  
Tabulam enim a Leucothoe Vlyssi præbitam ostendit . Hic calā-  
ticam , hoc est tegmen muliebre , quod capiti innectitur . Græcus  
etenim κεφάλιον habet . κεφαλιόδεσμιον uidelicet ἢ μαφόριον . Ideoq;  
uelum etiam inuenias qui uerterint . Et ad Paulum scribens  
Aufonius , Mnemosynen musarum matrem Credemnocomam ,  
ab hoc uidelicet tegmine , appellauit . μνημοσύνης κρηδομοκόμου παλαι-  
κλήπια τέχνη .

Periocha . f . Cum uirgo Nausicaa Regis Alcinoi , ludum in  
acta cum æqualibus exercet . Et hic quoque usus est Aufonius di-  
ctione quidem græca , sed non omnino apud alios inuentu rara .  
Nā & Flaccus ea & Virg . utitur , in quinto hic Aeneid , in quinto  
ille Argonauticon . Sed & Cic . Ideoq; deprauari locus uidetur ab  
immutantibus , IN Ludum acta . uel , INtracta . Nam Homerus  
ipsas uirgines exercuisse pilæ ludum asserit παρὰ δὲ γὰρ ἄλλος . hoc est ,  
in maris litore . Quo lotas uestes explicuerant . Claudianus ,  
Non talem Triuiæ confert laudator Homerus Alcinoi genitam .

Que dū per litora uestes explicat , & famulas exercet læta choreis ,  
auratā iaculata pilam , post naufraga somni ocia progressum foliis  
expauit Vlysem . Aufonius , In acta . ἀκτὶ enim litus , sed amena  
proprie , ac secreta litorum significat . Quod , uerbum de uer-  
bo exprimens , ad Aufonium in quadam epistola Paulinus dixit ,  
Blanda posito locupletis in acta litoris .

Cum supplex ad genua regiæ uirginis aduolueretur . Home-  
rus quidem ait , Vlysses secum cogitans , an ad eius pedes supplex  
procideret , an sic procul supplicibus precaretur , ut & qua ad ur-  
bem iretur ostenderet & uestem aliquam largiretur , hoc satius du-  
xit . ne , si propior fieret , iniuria puellam prouocaret . Talia nos  
utique non mutamus . Sed monere , q̄ silentio præterire , uilius  
constat . Accedit & illud signandum , rhapsodia hac communi-  
tum ab Nausicaa Vlysem , ut cum ad Areten eius matrem uen-  
tum esset , ad genua supplex procumberet . Quo eam sibi propi-  
tiam redderet . Idque eum exequi , ut præceptum erat , inducitur  
sequenti rhapsodia .

Minerue instructu mouit misericordiam salutarem . Manusc.  
exemp . INSTINCTV .

Periocha . g . Minerua in puellæ speciem mutata . Exemplar  
idē , MINERVA . PVELLAE . SPECIEM . MUTATA  
Vocat eam uirginem Homerus Neeniden .

Vnde uestem haberet , & cuius esset , & qua sorte delatus . Co-  
dex idem , Qui adesset . Legendum autem uidetur , QVIS  
ESSET . uel potius CUIAS . ESSET . τίς , ποθεν εἰς ἀγρῶν ;  
Quis es , & unde gentium ?

Periocha . h . Tum Alcinoi causa fletuum cognita , ut  
cuncta ex ordine tolerata differeret , benigne omnia pollicitus  
adhortatur . Manuscriptus cod . uerius commodiusq; in hūc mo-  
dum habet , VT . ORDINE . TOLERATA . DISSE-  
RERET . BENIGNE . POLLICITVS . ADHORTATVR .

Periocha . 1 . Odiflee . Vtque inde Maleam Laconicę promon-  
torium circuegerit . ac deinde Lotophagos uenerit . **LEGO .**  
**A . C . DEIN . AD . LOTOPHAGOS . VENERIT .**  
& **LACONIAE .** uel **LACONICES** , ut Vibius Sequester fere  
nunq̄ aliter . Qui uero Pialeam , pro Maleam , nuper impressere  
non uideo quem sequantur , aut quo nam pacto promontorium  
in libro statuerint , quod in terris non fuerit .

Mox ad Cyclopus insulam , quę Lotophagis adiacebat , cum  
una naue processerit . **ADIACET** , instanti tēpore , q̄ **ADIACEBAT** ,  
scribendū potius existimauerim . Ne mutata postea nature facies  
intelligatur . Quod nec alibi neglectum ab Aufonio apparet . Ut  
in periocha . 8 . Quę Ithacam Samumque interiacet . Frequens  
& apud Homerum est , **ἄρα** . Animaduertendum & illud , in  
recensendis erroribus , quos Vlysses pertulerit , ex sua quaq̄ rhap-  
sodia homericam prorsus œconomiam ordinemque seruasse Aufo-  
nium . Homerus enim ( quod Penelopę quoc̄ renarrare eum in  
penultima inducit ) peruenisse primum ait ad Ciconas , mox ad  
Lotophagos , post quos ad Cyclopes , ad Aeolū , ad Lestrygonas ,  
ad Circeam , ad Cymmerios , in Siciliam ( Sirenibus , uidelicet , Scylla  
& Charybdi præteritis ) in Ogygiam Calypsus , in Pheaciã , deniq̄  
in terram patriam . Quorum seriem errorum nec Tibullus omisit .  
Vnde ne quem forte eius , qui doctissimus idemq̄ cultissimus iure  
sibi primum uendicauit inter commentatores locum , autoritas  
dubitare hic , aut secus certe credere impellat , Seruii Honorati  
quadruplex una uel mēdum uel erratum palam faciendum nobis  
est . Simulque amolienda plurimorum imbecilla credulitas .  
Qui tantum circa commentaria oscitabundi inherentes , meliora  
usque adeo non quærunt curantq̄ , ut contumaces quoque inter-  
structis ( ueluti Vlysses ipse Sirenium cantus ) auribus prætereant .  
Virgilius itaque derelictum in Sicilia Achemenidem ithacensem  
Adamasci filium ab Vlysse cæterisque sociis , sibi quisque fuga  
consulentibus , Aeneam postea iis litoribus appulsum nauis inter  
suos recepisse , atque ab immansueti Polyphemi feritate liberasse ,  
scribit . Seruius id fieri non potuisse autumat , ac dissentire eum  
ab Homero pariter ac tempore , contendit . In his enim uersibus ,

Vidi egomet duo de numero cum corpora nostro ,  
Prensā manu magna , medio resupinus in antro  
Frangeret ad saxum . ita eius passim commentaria leguntur . Ho-  
merus dicit quattuor a Polyphemo interemptos . Qui etiam scri-  
bit , Aeneam priusq̄ Vlysses ad Siciliam uenisse . Ergo uel dissen-  
tit , uel dicit , duos uidisse , sed quot occiderit nescire . Nec mul-  
to post , Vlysses ( inquit ) ad Polyphemum uenit relicta Calypso ;  
cum qua fuerat decem annis . Vnde ( ut supra diximus ) Virgi-  
lii dictis dissentit tēporum ratio . Primus igitur bis repetitus er-  
ror ille est , non prius in Ogygiam Vlysses homerica descriptione  
( quod paulo ante suo ordine rettulimus ) delatum , q̄ in Siciliam  
peruenit . Ideoq̄ nec temporibus , nec , quem maxime sequutus  
est , authore Virgilium argui . Aliud uero mendacium , æque  
manifestum , q̄ nec peruenisse quidem , nedū prius uel posterius ,  
Aeneam ad Cyclopes , unquam meminit Homerus . Tertium ,  
q̄ sex a Polyphemo interemptos ac comesos eius socios , non quat-  
tuor , rhapsodia . viii . tradit . Quartum , q̄ non decem , sed septem  
cum Calypso annis demoratum , rhapsodia . vii . ostendit . Licet  
Ouidius sex dixerit , de Ponto .

An graue sex annis pulchram fouisse Calypso ?

Vbi **SEPTEM** etiam reponendum non inepte , quis coniciat .  
Nisi tam hoc in Ouidio ferendū uideatur , q̄ in Statio . Qui Vlyssis  
socios , cum Homerus dixerit in porcos transformatos , in luporum  
ora uersos , edidit . Tam paucis uerbis tot errores ( dicit ali-  
quis ) in Seruio ? Nos etiam per uniuersa commentaria . Sed  
Seruii eos esse , haud facile affirmauerimus . Non hercle magis , q̄  
alterius censeari , quæ uicissim egregiæ eruditionis , miræque bre-  
uitatis , Maronis poetarum summi uirtutem auxerunt . Quis  
enim addita pleraque in eius scriptis , mutilata plurima , commu-  
tata innumera , negare ausit ? Quis præterea interpres adeo incon-  
ditus tantum in eruditione uirum in minutissima quęque lapsus  
toties , affirmet ? Quid est autem , q̄ in bonis aliis , qui olim scrip-  
serint , mendas excusamus , tegimus , in librariorum plerumque rei-  
cimus , Seruium tantum die dicta reum agimus ? apertoq̄ in eum  
titulo inuehimur ? neq̄ eius commentaria exscripta toties animad-  
uertimus , nusquam eadem ? Haud ego tamen arbitror , nihil

quicquam inueniri apud Seruium, quod uel improbari iure, uel contemni possit, atque omnibus acquiescendum. Quin cōmonendi quoq; lapsus, sed modeste, sed citra calumniā. Nec dissimulabimus, in plerisque exemplaribus ita legi, ut nō ab Homero; sed historicorum fide dictum uideatur, Aeneam priusq; Vlysem in Siciliā delatum. Verba ipsa hęc sunt, Ante ad Siciliam Aeneas q̄ Vlyses uenisse dicitur. Quibus tamen haud utique error abest. Quando etiam qui cum Virgilio conueniant scriptores sese græci offerant. Dictys siquidem cretensis, grauis alias, nec incelebris historiæ troianæ author, hunc illum rapuisse navigationis cursum asserit, Ad Lotophagos, ad Cyclopes, in Aeoliam, ad Circen, ad Calypso, ad Inferos, ad Alcinoium.

Periocha Odysseæ .x. Sociiq; eius opes aliquas in Iora inesse existimantes, dormiente ipso, uincula dissoluerint. Legitur & Sora. Scribendum puto, una litera in affinem suam cōmutata, LVRA. Ut sit eius pars pro toto utre. Lura enim (ut Marcellus scribit) os culei uel utris significat. Vnde Lurcones capacis gulæ homines, & bonorum suorum consumptores. Nec deerunt qui SORO scriptum magis putent, uentorum ipsam thecam loculumq; interpretantes, græca uoce, σορός, in quo Apim taurum olim positum, Soroapim, mox Serapim appellatum, Nymphodorus tradit. Nec prætereundum, reperisse quidem nos in codice non multæ fidei, IN . SCORTO . ESSE . EXISTIMANTES .

Eurylochus & præmissi cū eo socii in ferarum ora conuersi sint. Homerus, præter Eurylochum, mutatos duos & uiginti asserit in porcos, qui cum eo prius, sorte ducti, flentes missi fuerant. ἀμα τῶν ἐδύο & εἰκοσ' ἐταῖροι κλάϊοντες. Ipse enim solus, fraudem suspicatus, prodigiosam Circes domum ingressus non est, & pharmaco abstinuit, ac uiso sociorum monstro (Si qua fides argentibus omnia misis) duri fati nuncius ad Vlysem contendit. Hinc & Naso, xiiii. Metamorphoseos ait. Suis solum caruisse figura Vidimus Eurylochum, solus data pocula fugit.

Sed mirum est, dignumque obseruatione, q̄ is, cum Homerum plane fuerit sequutus, sorte lectos ait Eurylochum ac socios uiginti unum. Quorum Quattuor & nominat. Ita enim Macareum loquentem inducit.

Sorte sumus lecti. Sors me, fidumque Polyten,  
Eurylochumque simul, nimiiue Elpenora uini,  
Bisque nouem socios circæa ad mœnia misit.

Quo autem modo ex Homero omnes eius socios præter Vlysem transformatos dixerit Boc, non etiam intelligo. Putabat Socrates, iccirco dictam Circen commutasse homines in porcos, q̄ his multis fere illos enutritet, Quæ non esurientes, minimeque sitientes, ad edendum atque ad bibendum irritarent. Vlysem autem qua Mercurii consilio, qua sua abstinentia suum factum nō fuisse. Vitanda itaq; ciborum, poculorumque in primis ea genera, præcipiebat. Author Xenophon. Meminit & Plutarchus in libello de Nugacitate.

Periocha .ii. Odysseæ. Trinacriam peruehitur. Non Trinacriam, hoc est Siciliam, sed Thrinaciam, aliam Homero insulam significari, qui eius Odysseam transtulere, rem prorsum nouā conantur introducere, eo ἠγρυπνῶν dictitante. Miror autem non animaduertisse, q̄ ipsa quæ a nostris Sicilia, Sicania, Trinacria, Trinacris, Triquetraue, nuncupari consueuit, a græcis etiam Trinacria, Trinacis, Thrinax, & Thrinacia dicitur. Strabo, Est quidem Sicilia triangula spetie. & propterea Trinacria quidem prius, mox Trinacis appellata est. translato consonantio in uocem uocabulo. Meminit etiam Stephanus.

At mox inde nauigantes fulmine ad unum omnes interierūt. Exemp. manuscrip. AC . MOX; Est enim cum superiore colo subnectendum. Ut intelligamus, ob mactatos boues & in Sicilia portentis territos, ac deinde nauigantes fulmine disiectos, merfosque.

Periocha .ξ. Somno experrectus Vlyses, portum & litus patriæ non sine animi consternatione cognoscit. Admiraturq; ut aduectus, ut expositus, ut relictus sit, ut cūcta nesciret. Requirit



uniuersa donorum . Quæ postquam incolumia uidet , q̄ potest tutissime occultat . Consiliisque a Minerua confirmatus . Totum id cum superiore periocha connectendum fuit . Cumq̄ ita esse , ordine monstretur homerico , non Confirmatus , in nouissima particula , sed CONFIRMATVR , emendandum uideretur . Ego autem in coniecturâ uero proximam adducor ; ita quædam hic præpostere temerarios rettulisse librarios , uti suo ea loco integra pepulerint conuellerintque . Homerus sane nequaquam cognouisse eum litus patriæ affirmat , cum quia diutius abfuerit , tum q̄ eum nebula Minerua sepsit , ne a quoq̄ antea agnosceretur , q̄ ipsum omnia componere , procorumque contundere proteruiam , monuisset . Qui postquam circumductis in omnem partem oculis satis admiratus est , ignarus quam Orbis partem teneat , phæacumque munera repetiit , exhibita Minerua nubem scidit , & solum patrium agnoscere permisit . Sit itaq̄ hoc fortasse modo diggerendū , connectendumq̄ . Somno experrectus admiratur , ut aduectus , ut expositus , ut relictus sit , ut cuncta nesciret . Requirit uniuersa donorum . Quæ postq̄ incolumia uidet , q̄ potest tutissime occultat , Consiliisque a Minerua confirmatus , portum & litus patriæ non sine animi consternatione cognoscit . Sic utiq̄ periocha . xiii . finiat . Mox & . xiiii . incipiat Egreditur portu tenuis quo semita ducit . Vlysses ad seruū suum Eumēū subulcū simulatus accedit , naufragi & mendicantis imitatu . Et quæ sequuntur . Scio equidē in huiusmodi annotamēta cum periculo diuerſi , q̄ hi , quibus postea syncera exemplaria contingunt , non eque omnes de ingenio prioris indicantis mereantur . Quæcunque autem fortuna sequatur , non ingratos rerum æstimatores industriæ saltem nostræ aliquid duros , certi sumus .

Ait se esse Cresum in Aegyptum nauigantē . Scribitur & Cresum , quo modo legendum uideri potest , dū ne nomen eius id esse putetur . Cuius etiā Homerus hic non meminit , cretensem illum se finxisse tantū testatus . Idq̄ mox . xix . repetit & nomen simul explicat , Aethonem . Est autem ex inclinatione græca κρησιος . Cetera , quæ in hac periocha sequuntur , tam mutilata sunt , q̄ falsa .

Periocha Odysseæ . . . At Lacedæmonias artes tritonia Pallas . Scribo , IT Lacedæmonias ARCES . Ac de uoce quidem , Arces , constare uidetur , uel eo q̄ in quarta periocha scriptū ab eodem est , lamq̄ adeo uentum ualide ad Lacedæmonis arces . Prima uero particula non segnius in uerbum , IT . q̄ in præpositionē AD . quæ sit apud Hom . εἰς , transire poterit . ἠδ' εἰς ἐνὸν χορον λακεδαιμονα παλλὰς ἀθηνῶν ἄχρετ' ἰδυσσῆος μεγαθύμου φαίδιμον υἱόν . Nec obstiterit sententiâ intercisa , uerboque non ullo fulcra . Cum sit id & in cæteris factitatum .

Maturoq̄ digressus cubili . Emenda , MATVREQVE .

Ipsē aduerso itinere ad agrum Eumēūq̄ proficiscitur . DIVERSO . ITINERE . Manuscriptus cod .

Periocha . τ . In Parnasso quondā suis dente percussus . Commodius scribitur , IN . PARNESSO . cū uocali secunda . hoc est ἐν παρνησσῶ . Ut sit nō mons παρνησσῶς , sed urbs παρνησσῶς . ad quā uenisse illū asserit Hom . ut Autolycum maternū auum uideret .

Periocha . υ . Erisippus in Vlyssē cruce bubulū iacit . Scribe , CTESIPPVS . Hoc est κτισσιπος .

Periocha . φ . Quorum ignauiam senex mendicus arguerit . Manuscrip . cod . SENEX . ET . MENDICVS .

Periocha . χ . Iamq̄ omnibus interemptis , duobus tantummodo parcitur , Phemio citharædo , Qui ministerii causa adhibitus nihilominus in Vlyssis domo quod contumeliosum esset ediderat . & Medōte uni cuius modestiæ etiā Telemachus suffragabatur . Corrige , MEDONTI . Dictio , Nihilominus , intellectum frangit . Emendandum igitur fortasse fuerit , NIHIL . aut NIHIL . OMNINO . Aut etiam , NIHIL . MINVS . IN Vlyssis domo , QVAM . QVOD Cōtumeliosum esset , ediderat . Sed tam hoc , q̄ quod sequitur multo magis in medio reliquimus , An , s . scribi debeat , ET . MEDONTI

PRAECONI, pro Medōti uni. A suo. n. utriusq; officio eos nominari, non nihil interdecebat. Vt apud Hom. *φύμιον αἰσδῶν. ἐ κέρυκα Μεδῶτα.* Qui etiam utrūq; a Telemacho protectum, liberatumq; Vlyssis cede, monstrauit. Sed mirum est, quo nam modo Medontem hunc, probatum in Vlyssis domo, atq; a procacitate aliorum secretum, Ouidius dirum appellauerit, interq; petulantissimos rettulerit, in epistola Penelopes ad Vlyssē.

Quid tibi Pisandrum, Polybum, Medontaq; dirum,

Eurymachique auidas, Antinoique manus,

Atque alios referam? Nec Planudes aliter interpretatur, *ἣ κἀ δὲ δεινὸν Μεδῶτα.* Importunū ergo uisum iri multis scio, in ea epistola quicq; immutari, quę nullius nō uersata manu iā fuerit. Ideoq; quod affirmari fere posse uidebatur, tantū admonere libet, nominis similitudine, AMPHIMEDONTA reponendū. Vt legatur,

Quid tibi Pisandrum, Polybum, Amphimedontaq; dirum.  
Quem & Homerus hac ipsa rhapsodia cum Pisandro Polyboque iunctim fere percurrit.

*Ευρυμάχος π, Ἐ Αμφιμέδων, Δημοτέλεμος π,  
Πισανδρός π, Πολυκτερίδης, Πολυβόσ τε Δαίφρων.*

Et qui cum Telemacho erant. Vera hæc, ni cum sequentibus iungantur, haud quaquam esse possunt, ex Homero. Sed & omnem seriem interturbant.

Periocha Odyssæ. 4. Incoitum deinde conueniunt. Turpior demonstratio, q̄ uel Ausonii moribus conueniat, uel ab Homero dictū fuerit, qui rem mirā uerecundia uelauit. Quare unius tantum literulæ mutatione, ex manusc. cod. emendandū crediderim, IN. COETVM. Nam & in Polygionem, eodem uelamento scriptum est, Verbaque lasciuos meretricum imitātia cœtus. Item, Fœmineos cœtus, & non sua bella laceffunt.

Periocha. 6. Odyssæ. Miratique lectorum iuuenum gregem densitatem uno agmine commeante causas interitionis accipiunt. Incondita quidem hæc, & minus plana, ni ex manusc. codicib. in hunc modum reponantur. Miratique lectorum iuuenum

CVM: GREGE densitatem, uno agmine COMMEANTEM, causas interitionis accipiunt.

Tum apud Inferos quoque uirtus Vlyssis & Penelopes pudicitia prædicantur, ab Agamemnone præ cæteris, cui dispar fuerat in utraque fortuna. Relatiuum si ab Agamemnone dependeat, non facile coheret, ut dispar ei Vlysses fuisse intelligatur. Quia Penelope quoq; connectitur. Contra, si idem relatiuum Vlyssē referre uelimus, eadem ipsa Penelope non patietur. Adeo in re qualibet turbandi mulieribus ingenium semper fuit. Ceterum, uocali prima mutata in quartam, emendandum credimus, IN VTROQVE. Vt fortuna casus sit nō Latinus, sed Rectus. Fortuna (inquit) Agamēnoni dispar fuit in utraq; re, in uirtute uide licet, qua uir ille rebus præclare gestis inter græcos præstare nō potuit turpi morte potitus, & uxoris Clytēestres impudicitia. Quæ profecto uiro præsertim forti tantæ notæ est, ut non sit satis æstimare, grauiorem ne ei regnoq; ruinam interitus talis, an famę dispendium maius uxoris infamia dederit.

Vlysses od Laertem patrē in agrum profectus inopinatu & reditu & rerū gestarum relatu affecit lenem. Legendum crediderim, ET. INOPINATO. REDITV. Illud autem, quod subiūgitur, Afficitur ab eo cognitu quas exanclasset erumnas. In manuscripto exemplari ita legitur, COGNITIS, quas exanclasset, ERVMNIS. Potest & hoc schemate dictum uideri: Afficitur ab eo cognitu, s. erumnarum, quas erūnas exanclasset: Apuleius, Variorū populorum cognitu. Symmachus, Postq̄ de meo cognitu amara legisti. Porro in uerbo exanclare sunt qui in nouare conentur, exantlare. Non desunt & qui Ausonium (si Dis placet) insimulent. q̄ Quintilianus id uitandum duxerit, ut nimis priscum, & ab ultimis oblitteratisque repetitum temporibus. Qualia etiam antigerio & profapia. Equidem Ausonium ita ab istorum uindico calumnia, ut. M. Fabio nihil derogem. Itaque hoc tantum meminimus, usum eo uerbo principem latini sermonis, Marcum Tullium non semel. Post eum bonos ferme omnes. Tempestate quoque nostra uniuersos,

bonos doctosque intelligo. Stultis enim, qui & ipsi scripserint, nusquam esse locum conuenit. Est certe apud graecos *αὐτιό*. aurio. Quod uerbum & latini quoque susceperunt ueteres. Compositione postea cum *εἶ*. quod per .t. literam debuerat, per .c. mansit Exanclare, cognatione qua se elidunt impelluntque haec literae. Ut pretium & precium, Vitium & Viciium, caeteraque notissima. Itaque inductam olim, placitamque sequutis temporibus, ac custoditam compositionis formulam, non est ut statim quisque moueat.

Subinde & patres procorum necesse iuuenum properant ultum ire, consilioque & ui communicationis, ante expectatum, agro superueniunt. Abscissa dictione, corrigendum arbitramur, COMMVNICATIS. Ut intelligatur, non auidius quam cauti, nec audacius quam pro uiribus, sed consilio his adhibito, peremptorum parentes profectum ad Laertem Vlysem, quem dudum praestolati fuerant, agro superuenisse.

Inter septem Sapientum sententias, Biantis illa prienci est. Pernicies hominum quae maxima? Solus homo alter. Legendum uero, HOMINI, non Hominum. Quod ostendit & particula, Alter. & sententia ipsa ex septimo Naturalis hist. At hercule homini plurima ex homine sunt mala. Et Cicero in secundo Officiorum, Ut magnas utilitates adipiscimur conspiratione hominum atque consensu, sic nulla tam detestabilis pestis est, quae non homini ab homine nascatur.

Parcit quisque bonis, prodere uult bonos. Alii corrigunt, QUIQUE. Nos potius ex manu sc. cod. QVISQUE. Ut in Pittaco, Pareto legi quisque legem sanxeris. Sensus est. Qui cunque parcat bonis, eis quidem ipsis captat imponere. Bonis. n. dare ueniam uidetur, ut blanda, uerum subdola, licentia abusi, deteriores fiant. Vetus tamen ipsa lectio, Parcat quisque malis, perdere uult malos. Et sunt codices qui habeant, Parcat quisque malis, prodere uult bonos. Qua in re meminisse illud apud Crispum ex oratione. C. Memmii oportet. Ne ignoscendo malis, bonos perditum eatis.

Turpis saepe datur forma Minoribus. Vetus lectio FAMA Ex Maiorum, inquit, bene gestis rebus non dari gloria. Sed ex eorundem infamia saepe etiam Minores infici, nomenque obliterari. Nam MVneribus, ex uetustis quibusdam, quo minus probemus, ratio syllabae in asclepiadeo facit. Famae porro mentio uersus ut meminerim facit, inter Biantis sententias, primore quidem specie, plani. si intendas autem acrius, subobscuri.

Quae casta est? de qua mentiri fama ueretur.

Nos autem significasse poetam sentimus, neminem omnino castam inueniri. Ex Ouidio, Casta est, quam nemo rogauit. Fama siquidem eius licentiae monstrum est, ut facta atque infecta canat, tam facti prauique tenax, quam nuncia ueri. Hinc Aufonius argute, ac de Biantis ingenio, eam esse pudicitia incolumi affirmat, de qua Fama mentiri uereatur, hoc est, omnino nullam. Quando loquax plurimumque mendax Fama de nullo prorsus mentiri reformidat, ac ne Dis quidem ipsis parcere consueuit.

Quid facturus eris, dicere sustuleris? Exemplar. manuscr. QVOD facturus eris, dicere DISTVLERIS.

Sed cum septenis uersibus singulorum totidem apothegmata explicentur, Chiloni & Thaleti singulis singula periere. Quae tamen nos in quibusdam exemplariorum fragmentis inuenimus, in hunc modum.

Quae benefacta accipias, perpetuo memento.

Item Thaletis aliud,

Cum falso laudes, tunc & amice nocet.

Quorum alterum uix dignum anxia poetae facundia recepimus; Alterum omnino indignum, sed certe commode ex eadem sententia deductum, cuius in Laelio meminit. M. Tul. Demosthenes, in oratione illa egregia *περὶ τῆς φιλίας* contra Eschinem, imitatus. Beneficia (inquit) meminisse debet is, in quae collata sunt, non commemorare, qui contulit. Ut si suppositicii putandi ambo partus sint, ac spurii, non diuersi tamen generis, atque ex colluione differentium prognati uideantur. Neque illud etiam transiliendum,

in supradictis fragmentis comperisse nos, septem ultima apophthegmata non Thaleti ascripta sed Anacharidi, Scythę. Qui & ipse inter Gręcię Sapientes est habitus. De quorum numero (ut Laertius colligit) ingens quęstio, nec minor dissensio.

In epigrammate, quo singulorum septem Sapiętum apothegmata, nominaque, & patrię singulis explicantur uersiculis, Cleobulus lindius quarto loco ponitur, cum in gręco epigrammate omnibus pręponatur. Et cęteri mox non alio ordine, q̄ latinos eos (quicumque fuerit) interpres reddiderit. Quapropter eodem modo uersus in principio reponendus uidetur. Alioqui tris superiores uerbum etiam, quo innitantur, non habent. Epigramma etiã, quod sequitur, de .xii. erumnis Herculis, ex gręco est & ipsum ferme totum.

Ad Georgium. Digessi fastos, & nomina prępetis æui. Legendum, ex uetustis exemplaribus. PERPETIS. Licet enim prępes pro ueloci quoque poni consueuerit, sitque temporis presertim fugacissima atq; irreparabilis celeritas. Perpes tamen, quod perpetuum, iugiterque annexum, neq; unquam intercisum significat, in fastis accommodatissimum est. Quibus anni totius gesta describantur, & quo sit merito quęque notata dies. Eadem labe apud Marcianum libro. vi. scriptum uidetur, Ago tibi, habeoq; Diua, persoluensque prępetes debeo grates.

De Imperatore Nerua. Quam legisse iuuat. Quam genuisse uelit. Scribo, IUVET.

In Commodum Cæsarem. Threidico Princeps bella mouens gladio. Sit fortasse corrigendum, THREICIO. Eum siquidem Imperatorum longe pessimum notat, quod nõ in martiis pulueribus, sed in productę Martię, ex concubinis præcipuę, puluinaribus, neq; e deuictis hostibus triumphı famam quęsierit. uerum sordidam immundamque uitam in spectaculis arenaque gladiator transferit. pugnasque gesserit gladio non militati sed threicio, hoc est gladiatorio. Notum est enim, thraces olim

nuncupatos retiarios fuisse gladiatores, qui mirmillonibus opponerentur. Scribit Lampridius, Commodum in arenam descendisse, gladiatorumque certamen subiisse, & nomina eorum recepisse eo gaudio, quasi accepisset triumphalia. Ludum semper ingressum esse, & quoties ingrederetur, publicis monumentis indiussisse. Pugnasse autem septingentis tricies quinquies. Tantumque palmarum gladiatoriarum confecisse, uel uictis retiariis, uel occisis, ut mille contingeret. Ferarum autem diuersarum manu sua occidisse multa millia. ita ut elephantos cõprimeret. Et hæc spectante sæpe populo Ro. Gladiatoris quoq; nobilissimi uita functi nomē adoptauit. Ut est ab Herodiano traditum. Solisq; colosso demolitus caput, ac suo superimposito, subscribi iussit, MILLE. GLADIATORVM. VICTOREM, Neque minus commode threicium hunc Commodi gladium, pro amazonico, licebit accipias. Amazonico nanque habitu in arenam descendisse ipsum etiam, Lampridius idem testatur. Causamque reddit his uerbis. Pro decembri mense Amazonium, ex signo ipsius, adulescentes uocabant. Amazonius autem uocatus est, ex amore concubinę suę Martię, quam pictam in amazone diligebat. Propter quam & ipse amazonico habitu in arenam romanam descendere uoluit. Nos præterea Romę marmoreum Commodi simulacrum uidimus, in pectore thorace munito galteatam atque exerta mamma imagunculam præferens ostentansque. Ut eam non facile alterius q̄ concubinę Martię imaginē interpreteris, neque alium q̄ gladiatoris in Imperatore habitum. Porro, sunt & qui apud Ciceronem. vii. philippica, Threiditis, corrigendum putent THRECIDICIS. q̄ arma threidica, gladiatoria significari putentur. Quapropter immutandũ nihil statuo, priusq; receptis testimoniis commonenda firmentur.

De Bassiano Antonino Caracalla. Dissimilis uirtute patri, & multo magis illi, cuius adoptiuo nomine tu perhibes. Scribo TE. Dissimilis (inquit) es Seuero patri. sed Antonino dissimilior, in cuius nomen adoptatus fuisti. Fuit Antoninorum nũcupatio uenerabilis ac sancta, & gentibus usque adeo amabilis, ut illa filios Bassianum ac Getã, quem Bassianus frater uel interfecit,

uel iussit interfici, Seuerus pater honorandos putauerit. Sed illi (ut compertum est, magnis uiris aut nullos fere, aut improbos gigni filios) & nomini gratiam, & imperio dignitatem derogarunt, & a tanto simul patre degenerarunt.

In risu populi tu Caracalla magis. Historiæ testimonium hæc non habent. Ideoque in sententiam uenio, ita scriptum ab Ausonio, **IRRISVS** populi tu Caracalla **MAGIS**. Hoc est, delusus Magorū uanitatibus. Nam Herodianus tradit, Bassianū, insidiarum metu, curiosiorem impendio fuisse Deorum, oraculorum, demonumque archana inquirendi, accitis undique Magis, astrologis, aruspibus, nemineque prætermisso, qui huiusmodi fallacias profiterentur. Romam quoque, dum in Mesopotamiam ageret, scripsisse ad amicum sibi intimum Maternianum, ut optimos quosque Magos de eius uitæ termino consuleret. Quod si quis etiam sonum quandoque hunc in uersu ferat, quoniam ita quoque ea ætas tulerit, neque quicquam aduerbio, magis, offendatur, referendum forte putet illud, In risu populi, ad ea quæ dicta sunt, Punitus sine cruento. quod populus non sine risu eius necem acceperit, interfecti dum cacat.

De Opilio Macrino. Princeps hic custos, sumptum pro Cæsare, ferrum uertit in authorem cæde Macrinus iners, Rectius fortasse **PRINCIPIS . HINC** custos. Hoc est, Bassiani principis sui præf. præf. Qua præfectura dum fungitur, Cæsarem ipsum insidiis peremit, ad requisita naturæ diuertentem, dum aduersus parthos iterū moliretur. Sed talia ut nobis libera opinantibus indulsumus, ita exemplarium præsertim fide munitioribus deferimus.

Tu ne etiam augustæ sedis penetralia foedas, antoninorum nomina falsa gerēs? Preponitur his inscriptio, Antonini Alagabali. Latinis autem scriptoribus præterquam **HELIOGABALVS**, appellatus non traditur, neque ulli nomen suum, quod Heliogabali magis cognitum. Nos tamen immutandum protinus non putauimus, quod in uetustis marmoribus bis eodem modo scriptum inuenerimus. Romæ siquidem, in hortis Matthææ domus, de Balbillo quodam

sacerdote Solis Alagabali, altero lapide ita legitur, **TI . IVLIO . BALBILLO . S . SOL . ALAGABALI . EVDEMON . LIB . PATRONO . OPTIMO**. Item in altero, ad hunc modum, **AQVILA . SOLI . ALAGABALO . IVLIVS . BALBILLVS**. Sed & Herodianus Heleagabalum uocat, quæque lapidis forma Sol ipse coleretur ostendit. Etiam si Lampridius dubitandum reliquerit, Sol ne, an Iuppiter id assyriorum numen putaretur. Seruius quadam ratione sacrorum, Hel apud assyrios & Solem & Saturnum dictos, tradit. Sed quod scribit etiam, Gabalus Imperator Ro. Solem se dici uoluit, nam Heliogabalus dictus est. absurdum uidetur. Constat enim, potito imperio, eius Dei, cuius dudum sacerdotium gesserat, sibi nomen adoptasse. Cum fuisset antea non Gabalus, sed Varius. Quo sane, uelut & Tractitii & Tiberini cognomento, digniore sese gessit, quam ut Antoninus uel Heliogabalus appellaretur pestis illa tyrannidis non iam Romanæ, sed barbaræ, flagitiosissimus, probris omnibus pollutus, immanis, totius Orbis religioni aduersus, Heliogabali unius superstitiosus cultor, inter Ro. Imperatores indignus ueluti prodigium connumerari. Qui ea propalam egit, quæ referri, quæque cogitari etiam sit impurissimum, & qui demum (ueluti fatis manum iniectantibus, ut quod in omni uita turpiter sitierat biberet) in latrina peremptus est. Cadauerque ad plebis ludibriū sordidissime per cloacas tractum. Finem scilicet uitæ sortitus egregium.

Ad Boreæ partes Arcti uertuntur, & Anguis. Duodecim hic uersus, quibus duo & quadraginta Mundi signa nominatim comprehenduntur, cum egregia quoque inscriptione, **DE . NOMINIBVS . STELLARVM**. non Siderum, aut Signorum, Prisciani esse, non Ausonii, comperimus. relatos in quibusdam Bedæ uoluminibus, quæ in publica Vaticana bibliotheca conuifuntur. Reperimus & cum dimidiatis Macrobiani Saturnalium, & Vegetii Renati codicibus, in eadem bibliotheca. Quibus statim (utique apud Bedam) subiiciuntur alii de duodecim Signis, necnon de septem planetis, ac de dierum nominibus. Sunt & alii sex, apud Ausonium eodem loco,

de mensibus, & quattuor anni temporibus, quibus annuus orbis perficitur, eius generis qui scholici uulgo ridentur. quos equidem grammatico uerius q̄ poetæ tribuerim. Quomodo & illos, dicit aliquis, latinitate donatos, quibus singulis septem Sapientum singula apothegmata, nominaq̄, & urbes retexuntur. Carmina præterea quinque ac uiginti, quibus lemma quoque (si dis placet) additum, AVSONII. CARMEN. IMPER. FECTVM. auulsa sunt, & mendis .xvi. commaculata, ex historia euangelica Iuueni poetæ, apud quem propositionem operis, inuocationemque constituunt. Sic plærunque aliena multa uidius q̄ consideratius, parumq̄ recta æstimatione inculcantur, q̄ sine certo cuiusq̄ titulo inuenta fuerint.

In Actione gratiarū. Quis inquam locus est, qui non beneficiis tuis agitet inflammet? Scribendum, AGITET, ET INFLAMMET.

Ista autem sedes honoris sella curulis gloriosa pompis imperialis officii. Exemplar uetus, IPSA, non Ista. Quo legendum modo non ambigitur, uel eo q̄ in uoce Ipsa quædam emphasis exprimitur, & quod pronome dignitatis habetur. Præmittuntur hæc sæpenumero, q̄ quanti sint momenti prima fronte non apparent. Cæterum, e re uidetur, inspicere quo nam modo in plerisq̄ hic Ciceronē æmulatus fuerit Aufonius. Quarta enim inuectiua in Catilinam ita legitur. Ego sum ille consul, P. C. cui non forū, in quo omnis æquitas continetur. nō Campus Martius, consularibus auspiciis consecratus, non curia, summum auxiliū omnium gentium, non domus, commune per fugium, non lectus, ad quietem datus, non denique hæc, sedes honoris, Sella Curulis, unq̄ uacua mortis periculo, atque insidiis fuit.

Qui non Prensaeram manus: Lego, PRENSAVERIM; Tēpore uidelicet, quo subsequentiā, Reddiderim, Imposuerim;

Cœli tibi, & humani generis rector hoc Tribuebat. Legendum, TRIBVAT;

Ut a te iam impetratum sit, quod optatur ab aliquo. & quod non dum optamus, adipiscitur. Emendandum ex uetust. codice A. QVO. ET. QVOD Non dum optamus, ADIPISCIMVR. In quam etiam sententiam dictum supra, Præstare tibi est, q̄ nobis optare, uelocius.

Superiora extingam. Diues Seneca, nec tamen consul arguetur rectius q̄ prædicabitur. Scribe, CONTINGAM, & negationis particulam dele. Ex uetust. exempl.

Quam tu Gratiane. Legendum, GRATIANVS. Neq̄ iustius (inquit) Metellus, Pius, aut uerius Sylla, Felix, cognominatus est. q̄ tu, Gratianus.

Non possum fidei causa ostendere imagines maiorum meorū, ut ait apud Sallustiū Marius. Scribi malim, OSTENTARE q̄ Ostendere. ut ipsa, quæ citantur, in authore suo leguntur.

Tributa ista quod in urbe Syrmio geruntur. An ut quod in procinctu centuriata dicentur, an ut quondam pontificalia uocabuntur sine arbitrio multitudinis sacerdotum tractata collegio, sic potius sic uocetur. Erratum quadruplex. Verū illud insignius, q̄ pro TRIBVTA, Tribunitia, nuper emendantes imprimi curam adhibuere. Tributa sane comitia emendatissimorum nō segnius opinione q̄ usu confirmantur. Primum itaq̄ in hunc modum emendandum connectendumq̄ credimus. TRIBUTA ista, q̄ in urbe Syrmio geruntur, an q̄ in PROCINCTU, Cēturiata dicentur? an (ut quondam) Pontificalia uocabuntur, sine arbitrio multitudinis, sacerdotum tractata collegio? Sic potius, sic VOCENTVR, quæ tu Pontifex Max. Deo participatus habuisti. Scribit Gellius libro. xv. ex Lælii Felicis sententia, Cum ex generibus omnium suffragium feratur, Curiata comitia esse. Cum ex censu & ætate, Cēturiata. Cum ex regionibus & locis, Tributa. Centuriata autem comitia intra pomerium fieri, nefas esse, Quia exercitum extra Urbem imperari oporteat, intra Urbem imperari ius non sit. Propterea Centuriata in Campo Martio haberi,

exercitumq; imperari praesidii causa solitum, quoniam populus esset in suffragiis ferendis occupatus. Item in eodem libro & haec scribit, Tria genera testamentorum fuisse. Vnum, quod Calatris comitiis in concione populi fieret. Alterum in procinctu, cum uiri ad praelium faciendum in aciem uocabantur. Tertium, per familiae emancipationem, cui aes & libra adhiberetur. Est & tributoru comitioꝝ mentio tum pluribus, tum Cic. no infrequens.

Has ego literas tuas in omnibus pilis atq; porticibus, unde de plano legi possint, instar edicti, pendere mandauero, non ne tot statuis honorabor, quot fuerint paginae libellorum? Scribendum SI . IN . OMNIBVS . PILIS . Scimus hanc cõiunctionem saepe praetermitti, sed poetarum consuetudine. Usus est autem iuris disciplinae uerbis. Nam & uetusti quoq; lapides singularibus elementorum figuris hodie quoq; ita retinent. V. D. P. R. L. P. Pro eo quod est, Vnde de plano recte legi possit. Sed haec & caetera, quae compendiariis notis, usu Veterum, in legibus significarentur, abolenda, Iustiniani auctoritas cod. de ueteri iure enucl. & sanxit & cauit. Quoniam cum uarie ac pro cuiusq; captu (corruptis iam moribus) saepe interpretarentur, no iudiciis solum moram, aut ambiguitatem, sed errore quoq; parere iam ceperant. Admonet hic publicae notationis usus, ut ex obseruatione pari, locus quoque in Horatii, Satyra emaculandus indicetur, his uersibus.

Mille pedes in fronte, trecentos cippus in agrum

Hic dabat, heredes monumentum ne sequerentur.

Legendum enim, SEQVERETVR. non Sequerentur. Ut Monumentum, nominandi. heredes, accusandi casus habeantur. Quod cum uel lapidea ipsa monumenta, & Veterum consuetudo dicendi satis testaretur, etiam in codice bibliothecae Vaticanae uno deprehendimus. Sunt autem uoces haec, primis tantum literis notatae frequentes, & quae passim occurrant. H. M. H. N. S. Quae significant, Hoc monumentum heredes non sequitur. Aut etiam, Hoc monumentum heredem no sequetur. Explicant id enim integre quandoque ipsae aut semiplenae dictiones, e quarum numero quaedam tantu ad testimoniũ uocasse, sufficiat. In Lateranensi

basilica, HOC . MONIMENTVM . HEREDEM . NON SEQVITVR . Proxime uiam Aureliam, diuerticulo sinistro. HOC . MONVMENTVM . H . EX . TRANIVM . NON . SEQVETVR . In atrio Palinae domus . H . M . SIVE . AEDIFICIVM QVOD . EST . HERED . NON . SEQVET . Indicant hoc idem illa . H . ARA . H . N . S . Neque aliter usos eo uerbo Veteres, compertum nobis est. Varro de Re Rustica libro primo, Bina iugera, q; a Romulo primum diuisa dicebantur uiritim, quae q; heredem sequerentur, Heredium appellarunt. Iul. Frontinus de aquae ductibus libro secundo, Ius impetratae aquae neque heredem, neque emptorem, neque ullum nouum dominum praediorum sequitur. Cato in secundo Originu. Si quis mortuus est arpinatis, eius heredem sacra non sequuntur.

Non est haec gloria ignota Ciceroni, Praetorem me (inquit) Populus Ro. primum fecit, Consulem priorem. Sunt haec quidem quae citantur ab Aufonio, ex oratione in Pisonem. Vbi tamen non Consul, sed Aedilem priorem, scriptu legitur. Me (inquit M. Tul.) cu Quaestorem in primis, Aedilem priorem, Praetorem primum cunctis suffragiis Populus Ro. faciebat, homini illi honorem, no generi, moribus, no maioribus meis, uirtuti perspecte, no audita nobilitate deferebat. Vel igitur & in Aufonio, AEDILEM reponendum, uel e duobus locis haec sumpsisse ac iunxisse, arbitrandum est. Non multo naq; post in hunc modum in eadem legitur oratione, Me cuncta Italia, me omnes ordines, me uniuersa ciuitas, non prius tabella q; uoce priorem consulem declarauit.

Verborum honore persequeris. Scribo, PROSEQVERIS:

In Monosyllabis. Nox sortita uices remeauerit aurea cum lux, Exemplar manusc. NOX . OBITVRA . VICEM.

In Monosyllabis, praefatione secunda. Mutuu muli scabunt, Relegendum, SCABANT. Tempore uidelicet quo superiora, Conciliet, Finiamus. Hoc, n. petit, ut mutuũ muli scabãt,

Pacato ut studeat labor hic meus, esto operi dux.  
 Technopegnion de Monosyllabis non Paulino nuncupatum,  
 sed Drepanio Pacato (quod est obseruatione dignum) hic lo-  
 cus ostendit. Qui prætereundus ab his etiam non uidebatur (ni  
 fuissent imperiti) qui in parte operis extrema, PACATI no-  
 men abolentes, Paulini superscripserunt. Iam enim ita legitur,  
 Indulge Pauline bonus, doctus, facilis uir,  
 Totum opus hoc sparsum, crinis uelut Antiphilæ, pax.  
 Ceterum, in perueteri codicis fragmento, qui penes Hieronymum  
 Aleandrum est, non ea solum inuenimus, quæ hanc diutius am-  
 bigendi moram, errorisue adminiculum excutiant, uerum etiam  
 desideratam hætenus in iisdem monosyllabis præfatiunculam,  
 & eorum uersus plurimos, indigno uelut ab exilio, in poetæ fami-  
 liam reuocent. Siquidem in præfationis eius locum, quæ prior  
 Paulini titulo nunc extat, alia præponitur. Cuius exemplum  
 hoc est.

## AVSONIVS . PACATO . PROCONSULI

CIO mihi apud alios pro laboris modulo laudem non  
 posse præcedere. Quam tamen si tu induleris (ut ait  
 Afranius in Thaidem) maiorem laudem quàm laborem in-  
 uenio. Quæ lecturus es Monosyllaba sunt, quasi quædam puncta  
 sermonum. In quibus nullus facundiæ locus est, sensuum nulla  
 conceptio, propositio, redditio, conclusio, aliaque sophistica, quæ in  
 uno uersu esse non possunt. Sed coherent ita, ut circuli cathenarum  
 separati. Et simul ludicrum opusculum texui, ordiri maiuscula solitus.  
 Sed in tenui labor, at non tenuis gloria. Si probatur, tu facies ut sint  
 aliquid. Nam sine te Monosyllaba erunt, uel si quid minus. In  
 quibus ego, quod ad usum pertinet, lusi, quod ad molestiam, labo-  
 rari. Libello Technopegnii nomen dedi. Ne aut ludum labora-  
 ti, aut artem crederes defuisse ludenti.

Nec uero æstimandum est, hac præfatione Drepanium, illa Pauli-  
 num, nuncupatione gemina quoadque dignatos. Fieri ergo potuit,  
 ut cum præfationum altera ad uersus pertineat, monosyllabis cæ-  
 ptos iisdemque terminatos, altera uero ad reliquos qui sint non ita, ter-  
 tia hæc, quæ nos primi dedimus, simul omnibus præponatur. Ipsi  
 porro sex & uiginti uersus, in fine cæterorum reponendi, hi sunt.

Quos aliorum studio concernendos linquimus. Ne uel omnia  
 præstare potuisse me (quolibet non paucis mendis purgauerimus)  
 aut legentium coniecturas retundere, uideri uelim. Sunt certe cor-  
 ruptissimi, ut plerumque nec Ausonii esse, nec corrigi omnino,  
 sine codice fideliori posse uideantur.

## DE LITERIS MONOSYLLABIS GRAECIS AC LATINIS

Dux elementorum studiis uiget in latius	A
Et suprema notis ascribitur argolicis	⊖
Hæc quod aeolidum quodque ualet hoc latiar	E
Præsto quod E latium semper breue dorica uox	E
Hoc tereti argutoque sono legat attica gens	O
⊖ quod & y graecum compensat romula uox	O
Litera sum iota similis, uox plena, iubens,	I
Cæcropiis ignota notis, furiale sonans,	V
Pythagoræ biuium ramis pateo ambiguus	Y
Vocibus in graiis nunquam ultima comperior	M
Zeta iacens, si surgat, erit nota, quæ legitur	Ξ
Diuiduum Beta monosyllabum italicum	B
Non formam aut uocem Delta gero romuleum	D
Hostilis quæ forma iugi est, hanc efficiet	π
Ausonium si, P. scribas, ero cæcropium	P
Et rho quod graeco mutabitur in latium	P
Malus ut antenam fert uertice, sic ego sum	T
Spiritus hic flatus tenuissima uiuificans	h
Hæc tribus in latio tantum addit nominibus	κ
Præualuit postquam, gammae uice functa prius,	C
Adque alium pro se titulo replicata dedit	C
An si cinctæ duabus erit cum iota leges	⊖
In latio numerus denarius argolicum	X
Hæc gruis effigies palamedica porrigitur	ϕ
Cappa fui quondam bæotia, nunc latium	κ
Furca tricornigera specie pene ultima sum	ψ

Tum Iouis & Consi germanus tartareus Dis.  
 Post hoc ipsum carmen, in perueteri codicis particula, alterum con-  
 perimus, Cuius exemplum hoc est,



Et soror, & coniux fratris, Regina Deum, Vis.  
Iunonem ipsam uim deorum appellando, Virgiliani illius in pri-  
mis memor, ex libro septimo. Cœlestum uis magna iubet. Et  
alibi, Vel quæ portenderit ira magna Deum. Ut notissimum  
illud interim præteream, quod non nihil & huc pertinet, Vi supe-  
rum, sæuæ memorem Iunonis ob iram.

Nec genus hoc domuū Lar unde progenitus Lar. Intellectus  
rationem habuisse neuiquam uidentur, qui ita uersum commu-  
tarunt, in quo fuerit uel Larunda prius, uel, seiunctis dictioni-  
bus, Lar unda. Scribendum itaque LARVNDATA. Quam  
in Lara Laribusque prima syllaba corripitur. Lares quippe duo,  
qui compita, domosque seruant, & in nostra semper urbe uigilāt,  
ex Mercurio & Lara naide, quæ antea geminata prima syllaba no-  
minaretur, geniti feruntur. Ouidius in secundo Fast. Forte fuit  
nais Lara nomine, prima sed illi dicta bis antiquum litera nomen  
erat. Hanc eandem (quæ dea Muta fuerit) Firmianus Larun-  
dam Laramque uocitatam scribit, in primo Diuinarum Inst. his  
uerbis, Quis cum audiat deam Mutam, tenere risum queat?  
Hanc esse dicunt, ex qua sint Lares nati, & ipsam Laram nomināt  
uel Larundam. Et Varro in quarto de lingua latina scribit, Ta-  
tium Regem uouisse Larundæ, Termino, Quirino, Vortunno,  
Laribus, Dianæ, Lucinæque.

Ibicus ut periit, uindex fuit aliuolans grus  
Scribe IBYCVS. Iβυκς. Fuit is poeta, a latronibus inte-  
remptus. Cuius necis quo modo grues postea ultrices obtige-  
rint, interfectoresque arguerint, & unde uetus Verbum, Grues  
Ibyci, in Suidæ comment. colligitur. Fit quoque Ibyci eiusdem  
mentio in epigrammatis. Ibicus pauperis nomen est Horatio,  
& impudicæ uetulæ mariti.

Carcere in argiuo Philopemena lenta adiit mors. Alius post  
hunc quoque ipsum uersus est in prædicti codicis particula, hoc  
exemplo,  
Tertia picna dedit spoliatus aremoricus Lars.

Quo uel aliud, mihi prorsus ignoratum continetur, uel opima  
M. Claudii Marcelli parta spolia significantur. Ut pro Picna sit  
OPIMA corrigendum. Cæterum hæc ipsa castigatio hærenti-  
bus planeq; nescientibus monstrat iter primo, sed tenebricosum,  
atq; etiam in lapsus. Sunt enim authores Liuius, Valerius, Pro-  
pertius, Cæcilius, Florus, Piutarchus Seruius, cæteri, Post pri-  
ma Romuli de Acrone Rege ceninēsiū opima spolia Feretrio Ioui  
lata, altera fuisse. A. Cornelii Cossi, de Larte Tolumnio fiden-  
tium Duce. Qui tamen sit in recto Lar, non Lars, apud Liuiū  
libro. iiii. Seruiumq;. Tertia deniq; Marcelli de insubrium gal-  
lorum Rege Viridomaro, quem Plutachus Britomartum uocet.  
Hinc & Maro in sexto Aeneid. Anchisen præcinentem, longeq;  
in posterum uentura monstrantem, ita inducit,  
Tertiaq; arma patri suspendet capta Quirino.  
Numisma quoq; nobis est argēteum egregie cœlatum. Cuius al-  
tera pars archetypam (ut coniectari licet) eius uultus imaginem  
expressam habet. Altera uero totius corporis de more imaguncu-  
lam, spolia ipsi templo consecrantē, manibusq; suis suspendentem,  
donoq; figentem, inscriptam titulo, MARCELLVS. COS  
QVINQ. Secunda ergo spolia cū tertiis, & Lartem cum gal-  
lorum Duce, confundere uidetur Ausonius. Quod enim aremo-  
ricum, i. aquitanum uocet eum, qui insubris fuerit, æquiore ani-  
mo prætereundum uidetur, q̄ ut Lartis ei nomen fuisse putetur.  
Nisi quis Lartem aremoricum accipiat, pro Viridomaro, qui Lar-  
tem alterum rettulerit seseq; gesserit, in eo uidelicet, q; opima sin-  
gulari certamine spoliatus & ipse Ioui dederit Feretrio. Poetæ si-  
quidem cōsueuerunt, nomen ex uicino sumere, tum & fabulas hi-  
storiaeque miscere. Ut pro Augusto, Quirinum, pro Dardano,  
Teucrum, pro Amphimacho, Antiochum ponant. neq; minus  
Prognem, pro Philomela. Scyllam Nisi, pro Phorci, Pollucem,  
pro Castore. Libera deniq; coniectura sit, & Salis Ausonii iustrā  
dum nauibus æquor.

Quis cum lis fuerit nummaria, quis dabitur? Præs. Commo-  
dius, ex manusc. codice legetur, QUID . SI . LIS fuerit  
nummaria? quis dabitur? Præs.

Sponte ablatiui casus quis rectus erit? Spons. Addendus & hic uersus alius, quem in eiusdem codicis fragmento talem inuenimus,

Quadrupes oscinibus quis iungitur auspiciis? Mus.  
Cuius præter elegantiam, quæ poetæ stilum referat, ipsum quoque argumentum, dextro genio comprehensum, facile occurrit, uel eo solum, quod scribit Plinius libro, viii. Cum candidi prouenere, lætum faciunt ostentum. Nam soricum occentu dirimi auspicia, annales (inquit) refertos habemus; Etiam si non traditum ab eodem foret, Haud spernendum in ostentis etiã publicis animal, quæ arrosis Lauini clypeis argenteis, marsicum portendere bellum. Carboni Imperatori apud Clusium fasciis, quibus in calciatu utebatur, exitium. & quæ ruinis imminentibus præmigrant. quæque eorum iecusculis fibræ ad numerum lunæ dierum in mense congruere dicuntur, totidemque & inueniri, quotum lumen eius sit. præterea bruma incrementum.

Diuus opum cur nomen habet cur de Stygio Dis? Emendandum, IOVE . DE . STYGIO . DIS . Ex manu. cod.

Vnde Rudinus ait, Diuum domus altisonum Cœl?  
Et cuius de more, quod astruit, en do suam do?  
Aut de fronde loquens, cur dicat, populea frons?  
Et quod non nunquam præsumit lætificum gau?  
Obscuritatem in his uersibus, mendæ, mendas ipsas Ennii, quæ amissa sunt, poemata attulerunt. Rudinus igitur appellari Ennius uidetur. ab Rhudiis pediculorum urbe; in qua ortus ille traditur. & unde idem rudius a. M. Tul. pro Archia, dicitur. Quamquam Eutropius, & Eusebius, tarentinum eum dicunt. Pomponius Post Sipuntum, Barium, & Egnatia, & Ennio ciue nobiles Rudie. Plinius Rudia (inquit) Egnatia, & Barion, pediculorum oppida. Eodem quoque numero Ptolemæus, ῥυδία. Strabo uero, Εκβαίνεις δὲ (inquit) περὶ εὐθείας συντομώτερον ἐπὶ ῥυδίασιν πάλαιος ἑλληνίδας. ἐξ ἧς ἴσθ' ὡς οὐκ ἔστιν Ἐννιος. Sed, quod indicari primum conuenit, tum in plusculis uerum illud est, quæ uelut in nostram omnino conloniam concefferint, syllabarum æque ac scripturæ ratione græco-

rum amplius non teneantur, tum præsertim in Rudia siue Rudiis. Quæ præterquam aspiratione dempta nostris scribi non uideo. In rudino uero non ea lege primam corripit uideri debet, quæ in deriuatis primitiui interdum ratio corrumpitur. Quando Silius principale ipsum corripuerit libro, xii. de eo loquens. Rudia genere uetusta, nunc Rudie solo memorabile nomen alumno. Enniũ itaque non nullis dictionibus, per extremæ syllabæ adiectionem, in carmine usum esse, arbitramur. Quas nunc perite pariter ac subobscurè innuat Ausonius. COEL . uidelicet. DO . GAU . Quærit itaque, ex cuius dixerit consuetudine, quem ue imitatus fuerit poeta Ennius, cum talia κατὰ ἀποκοπὴν, quæ propria est doriensium, posuerit. Nouerat enim poeta doctissimus (ut ego arbitror) non temere illum, neque rudi penitus, sæculique eius alias peculiari arte, sic locutum. Sed ex consuetudine tum Homeri, Qui per sæpe δῶ pro δῶμα, quod domum significat, posuit. & κρη pro κρητή. tum Hesiodi, Sophoclis, Arati. ac præterea multorum. Hinc in epig. γραμματικῶς γὰρ ἔδδ' ἴσθ' ἅπλος κρητή, κρη δὲ μόνον λήγεται. Denique, in uersu tertio, non, FRons, legendum credimus, sed, cum uocali ultima, FRVNS. Qua uoce usum quoque Ennium fuisse, manifestum est, quæ ita dictum constat a Veteribus. Lucretius libro primo, Ennius ut noster cecinit. Qui primus amœno Detulit ex Helicone perenni fronde coronam. Itidemque per uniuersum opus. Tametsi hæc & infinita alia iam malulerint, ut tempestate nostra scribimus, in eo imprimi. quæ certe aut recte, aut commode, ipsi uiderint. Apollinaris Sulpitius apud Gellium, importunissime fecisse asserit, qui in plerisque Sallustii exemplaribus scripturam istam syncerissimam corruerunt, quæ olim fuit, Maiores uestrũ, pro uestri. Nonius Marcellus, Frons pro fronde. Virgilius in secundo Georg. Præcipue dum frons tenera. & cetera. Quod enarrans Seruius, Vera inquit lectio est, Fruns. Lucretius, Frundiferaeque domos auium. Hodie uero & a frôte & a fronde unus est nominatiuus frons. Ita, n. in utroque grammatico emendandum duximus, quæ indigne deprauata circunferuntur. Petit igitur poeta, Vnde Ennius Cœl, pro Cœlũ, Do pro domum, Fruns pro frons, Gau pro Gaudium, dixerit.

Indulge Pauline bonus, doctus, facilis uir, totum opus hoc  
 sparsum, crinis uelut Antiphile, pax. Admonuimus corrigendū  
 uideri PACATE. pro Pauline. Non ausim præterea scribere,  
 Indulget. Sunt enim hi uocatiui casus, bonus, doctus, facilis  
 uir, antiqua forma. Vt apud Lucretium, Vacuas auris mihi  
 Memmius, & te semotū a curis, adhibe ueram ad rationē. Liuius,  
 Audi Iuppiter, audi pater patrante populi albanī, audi tu popu-  
 lus albanus. In nouissimo autem uersu, terentianam Antiphilā  
 poeta signat. Venusteque ac concinniter quæ sunt in heautonti-  
 morumeno uerba huc traſtulit. Capillus pexus, prolixus, circum  
 caput reiectus negligenter, pax.

In præfatione Ternarii numeri, Cogitans mecum non illud ca-  
 tullianum, Cui dono lepidum nouum libellum, sed amarcoteron  
 & uerius, Cui dono illepidum rudem libellum, non diu quæſiui.  
 Qui Amarcoteron emendasse uideri uolunt, quid hic significa-  
 uerint, non uideo. Cum commodius (si quid immutandum uide-  
 batur) Amargoteron scribi debuerit. Est quidem μάργος græcis  
 insanus, ignauus. ἀμαργότερον itaque hoc loco non insanus, non  
 segnus interpretandum, hoc est sanus & uerius, pro ἀμαργότερον.  
 Mutuo enim, C. & G. quadam inter se cognatione eliduntur.  
 Vt uel Plutarchus in poblematis tradit. Ideoque certare. γ. lite-  
 ram cum. κ. Lucianus rettulit in libello, cui δίκην φορνέτων facit τί-  
 tulum. Sic Corytus dicimus latini arcus thecā, cum sit γορυτός.  
 Neq; enim audiendus quidam est, qui goryton ob id ubiq; emen-  
 dandum admonet. Sic etiā infinita alia, & cygnus, technopegnia  
 & erotopegnion, Aufonio. Nec nō Cripus ternarii numeri, pro  
 Griphus. Vt sint non nihil improbandi, qui Aufonii Griphum  
 adducunt. Quando & ille Cripus, q̄ Griphus maluerit, non ea  
 tantū leniendæ uocis ratione, uerum ingerendi quoq; cogitationis  
 materiam, fallendique iam dudū a uestigio, atque adeo ab inscrip-  
 tione ipsa libelli perobscuri, & in manifestis quoq; referēdis studio  
 difficultatis obnoxii. γερφός autem tam rete, quam etiam diffici-  
 lem obscurumque sermonē significat, & qui passionem in se haud  
 apparentem contineat. Vt Suidas admonet. Et Iulius Pollux,  
 libro. ix. inter conuiuiorū lusus γερφός refert, sed & Athenæus,

Quos intellexit Aufonius haud dubie. Cum præsertim dicat, Su-  
 per mensam meam facta est inuitatio. Et cætera ex eadem præfa-  
 tione pluscula.

Perueniet tandem in manus tuas. Vetust. exemp. PER-  
 VENIT. Nam eodem tempore dictum est, Misi itaque ad  
 te friuola.

Et fūco tuæ emendationis adiecto, impingas spongiam, quæ  
 imperfectum opus equi male spumantis absoluat. Insulsa lectio  
 hæc est, cum non arguta minus q̄ recta uideatur. Vetus quippe  
 codex CONDEMNATIONIS habet, non EMENDATIO-  
 nis. Et sane spongia damnatis equi naribus inuisisque illisa impa-  
 ctæque fuerat, ad corrumpendum, non ad emendandum opus.  
 Fortuna tamen factum est, ut quota illa pars, pigmentorum as-  
 persione expressa, artifici satisfecerit, reliquisq; picturæ partibus  
 eximie congruerit. Sic Aufonius a Symmacho deposcere uide-  
 tur, ut parte aliqua opusculi nō probata uniuersum opus absoluat.  
 Hinc & ad Drepanium Pacatum scribit, Et correctæ magis q̄ con-  
 demnata uocabo, apponet docti quæ mihi lima uiri. Erudite por-  
 ro atque acriter hac equi similitudine materiā opusculi deprimat,  
 ac rem non omnino maximam uideri significat, quæ sic aut emen-  
 dari aut perfici potuerit, Idque ex. M. Tul. elici cognoscitq; posse  
 uidetur, in primo de Diuinatione, Aspersa temere pigmenta in ta-  
 bula, oris liniamenta effingere possunt. Num etiam Veneris Cog-  
 pulchritudinem effingi posse aspersione fortuita putas?

Sed tu quoque hoc ipsum paulo hilarior & dulcior lege. In-  
 terrogatum Zenonem Cittieum, cur seuerus alias, in cōuiuio esset  
 hilaris, respondisse ferunt, Et lupini tristes cum sint, perfusi tamē  
 aqua dulcescunt. In uetustis codicibus inuenio DILVTIOR,  
 non Dulcior. Licet autem dilutum uinum, aqua mixtum signi-  
 ficetur, dilutum tamen conuiuiam non nisi mero madefactum atq;  
 humidum notari crediderim. Nam & madidum, madentemue,  
 & udum, dici quoque ebrium, satis constat. Hinc illud in Plau-  
 tino Pseudulo, Non uides tu me, ut madidus adeam? Hinc &

horatiana illa hypallage, Vda lyæo tempora populea fertur uin-  
xille corona.

In Cripo Ternarii numeri. In paribus nouies ternis contexere  
cubum, iuris idem tribus est, quod ter tribus. Legendū. IMPA-  
RIBVS. Tres. n. atq; nouem impares dicuntur numeri. Cubus  
autē uiginti ac septem, tam triade, q̄ enneade, hoc est, tam terna-  
rio, q̄ nouenario numero contexitur, ac conficitur. Nam tres terni  
ter, septem ac uiginti numerum faciunt, Cubusque dicitur. Lu-  
dens igitur poeta, tam ter bibere q̄ nouies, licere ad modestiam af-  
firmat. quando pari quoque iure tres ac nouē Cubum construunt.  
Cæterum antiquitatis studio nō Cubum, quod iam passim immu-  
tarunt, sed COEBVM, scriptum ab Ausonio putandum est.  
ut Mærus pro Murus, punio pœnio, & quod in uetustis operi-  
bus Urbis Romæ adhuc extat, FACIENDVM, COE-  
RAUIT :

Ter clara instantis æoi signa canit, serus deprenso Marte, satel-  
les. Gallum gallinaceum (qui cantibus oris euocat auroram,  
ut Ouidius ait) hoc inuolucro signari, ex Luciani præsertim dia-  
logo, cui titulus, ὄρεος ἢ ἀλεκτηρύου, haud hercule indignū uide-  
tur. Cum uero nesciam, a quoquam traditum adhuc, eos ter ma-  
tutino cantu Solem aduentantem nunciare, Sciam quoque nul-  
lum esse tempus (uelut indicat in Diuinatione, M. Tullius)  
quo illi non cantent, uel nocturnum uel diurnum, ac præterea,  
Democritum causam quidem explicare, cur ante lucem cantent,  
est aliud quod admoneam, ac fortasse etiam quanto minus omni-  
bus manifestum, tanto Cripo obscuritate, poetæque ingenio magis  
dignum. Coruum itaque significari crediderim, q̄ Sidonius ad  
Domicium ita scribat, Oscines coruos uoce triplicata puniceam  
surgentis Auroræ facem consalutantes. Est quidem Coruus ales  
Solis dictus sacer. Ideoque eius uocat hic satellitem poeta astutissi-  
me, prælagiens animo futurum, ut complusculos deciperet, qui  
pro bello martem per metonymiam potius acciperent, q̄ subigna-  
tum scite Martis Venerisque adulteriū, suspicaturi forent. Quod  
autem serum eū dixerit, qui sit etiam aurora ipsa solertior, nequaq̄

impedit. Quin serus accipiendum non utique alias, sed depre-  
henso Marte. Tanquam qui Apollini obsequuturus, tardius tū  
quidem cantarit, ne amantes Di, cantus signo excitati, deprehen-  
di in furto non possent. Hæc enim contrarietas præcipue re exor-  
nat, atque auget. Ter uidelicet illum canere, & priusquam dilu-  
xerit, qui tunc aut silens fuerit, aut serus cecinerit.

Tris solas quondam tenuit quas dextera Phœbi.  
In uetusto codice scriptum est, SOLIS. Ut phœbi, Apolli-  
nis sit epitheton, pro puro, impolluto, nec non uatico. Ut apud  
Virg. Mihi phœbus Apollo prædixit, & apud Hom. non semel.  
Sed quod magis congruat, uidendum.

Inter ea, quæ multiplicis eruditionis in hoc Cripo inserit Auf.  
ex Iuris quoq; Ciuilis disciplina haud hercule incuriose quædam  
congerit. Quale illud est de Interdictis, Interdictorum trinum  
genus. Vnde repulsus ui fuero, aut utrobi fuerit, quorumue  
bonorum. Nimis uero q̄ in scite atq; inconsulte immutatū Fur-  
to legitur, pro FVERO. Nimirum ut e trino in quaternum ge-  
nus Interdicta discindantur. Iure consultorum sane, digestorum  
xliii. atque Institutionum .iiii. diligens est huius rei disertatio.  
Quæ ut strictim referatur, Interdictorum quædam adipiscendæ  
possessionis causa comparata esse, asserunt, quædam retinendæ.  
quædam etiam recuperandæ. Adipiscendæ quidem possessionis  
causa Interdictum accommodari bonorum possessori, quod ap-  
pellatur, Quorū bonorum. Retinendæ, uti possidentis, & utrobi,  
cum ab utraque parte de proprietate alicuius rei controuersa sit.  
Recuperandæ, si quis ex possessione Fundi uel ædium ui deiectus  
fuerit. Nam ei ponitur interdictum, Vnde ui. Ait igitur Poeta  
Vnum esse genus, Vnde repulsus ui fuero. Hoc est, unde deie-  
ctus aliquis ui fuerit. Harum uero diuisionum nomina, Vnde  
ui, Vtrobi, & Quorum bonorum, ex prætoris uerborum initiis  
sumpta sunt. Ideoq; intercisa in Ternario uidebantur, ac referri  
manifestius nec poterant omnino, nec debuerant.

Scylla triplex, commista tribus, cane, uirgine, pisce. Cur &

hic Commissa immutatint, quod fuit antea Commissa, non equidem uideo. Relegendum itaque, COMMISSA . Hoc est, coniuncta, ex Virgilio, Delphinum caudas, utero commissa lutorum . Mallius, Duplici centaurus imagine fulget. Pars hominis, tergo pectus commissus equino. Claudianus, Qua prius commissa uiro .

In epistola, quæ Centoni præponitur. Rogabat qui iubere poterat, scilicet Imperator Valentinianus. Particula SCILICET, in uetustis codicibus, quos equidem uiderim, non habetur.

Cum aliorum quoque iudicio detegenda esset adulatio, inepta, si cederem. insolentia, si ut aemulus emerem. Emendandum INEPTIA .

Diffunditur autem per cæsuras omnes, quas recipit uersus heroicus. Legendum pluratio numero, DIFFVNDVN, TVR . Sed in manuscripto codice rectius adhuc inuenimus, DIFFINDVNTVR . i. diuiduntur. Priscianus in libello de . xii. Carm. Diuiditur in cæsuras, per cola quidem in nouem, per commata uero in duas, semiquinariam, & semiseptenariam, per pedes in quinque, & cætera. Uersus porro heroici cæsura, quæ & sectiones, mætionescque dicuntur, quattuor sunt. Pentimemeris, quæ & semiquinaria. Catatrion. Heptimemeris, quæ & semiseptenaria. Tetrapodia, quæ & bucolice.

De pugna ossæ in eadem Centonis præfatione uerba sunt, tam in unoquoque exemplari uaria, quæ in nullo integra ac sincera. Ea uero sic legantur. SVNT enim æquilatera uel triquetra, extentis lineis, aut rectis angulis, uel obliquis. Isosceles ipsi, uel Isopleura uocant, Orthogonia quoque, & Scalena. Non sequitur autem ordine quo proposuit. Nam æquilatera (quod ait) uel triquetra, per isopleura comprehenduntur, quæ in ternario æquilatus latine dixit, sic  $\Delta$ . Extentis lineis, per isosceles, quibus duæ tantum sunt æquales lineæ, tanquam crura, quæ  $\sigma\kappa\lambda\epsilon\iota\alpha$  dicuntur, hoc schemate  $\Delta$ . Rectis angulis, per orthogonia,

Vbi unus tantum ex his omnibus fit rectus angulus, in hunc modum  $\Delta$ . Obliquis uero, per scalena, quibus tria ipsa latera sunt inæqualia, hac figura  $\Delta$ . Non negauerim etiam, quin potius crediderim, posse fieri, ut Isoscele defendatur. Dummodo nomina ipsa græce & hic reddantur. Ut legatur,  $\text{Ἰσοσκελῆ ἼΠΣΙ}$ , VEL  $\text{Ἰσόπλευρα VOCANT}$ ,  $\text{Ὀρθογῶνια QVOQVE}$ . ET  $\text{Σκαληνά}$ . Euclides,  $\text{Ἐν τῷ τριπλευρῶν σχημάτων, Ἰσόπλευρον μὲν τρίγωνον ἐστίν, ὃ τὰς τρεῖς ἰσᾶς ἔχει πλευράς. Ἰσοσκελὲς δὲ τὸ τὰς δύο μόνως ἰσᾶς ἔχει πλευράς. Σκαληνὸν δὲ τὸ τὰς τρεῖς ἀνίσῳς ἔχει πλευράς. ἐπὶ τῷ τριπλευρῶν σχηματῷ, Ὀρθογώνιον μὲν τρίγωνον ἐστίν, τὸ ἔχει ὀρθὴν γωνίαν. Ἀμβλυγώνιον δὲ τὸ ἔχει ἀμβλύαν γωνίαν. Ὄξυγώνιον δὲ τὸ τὰς τρεῖς ὀξείας ἔχει γωνίας.$  Meminit horum etiam latinus Boetius, & Marcianus. Has autem ipsas quattuor triangulorum figuras, ac duas alias, amblygonii uidelicet & oxygonii (Sex enim trigonorum genera reddit præter Euclidem uel Boetius, & summatum Iul. Pollux) in Ternario quoque numero aptissime expressit, his uersibus,

Per trinas species trigonorum linea currit,  
Equilatus, uel crure pari, uel in omnibus impar.  
Quorum intellectus est, Trinalinearum specie triangulos signari  
omnis posse. Nam linea si sit æquilatus, i. æqualium laterum in triangulo, ut omnes æque lineæ ducantur, fiet Isopleuron, atque oxygonium. Si crure pari fuerit, tam isosceles quam orthogonium & amblygonium designabitur. Tria hæc enim (quam diuersa notatione) æquas duas habent lineas, quas poeta crura uocat. Postremo, si in omnibus impar existat, scalenum complectetur.

Quin & turris, & cantharus. Exemplar manuscriptum, TVRTVRIS. Videtur enim locum Plauti recordatus, cum hæc proderet, Auf. qui est in Bacchid. Vbi ego capiam pro machera Turturem, ubique imponat in manu alius mihi pro cæstu Cantharum. Ex eius autem uocis insolentia, in Turrem commutasse TVRTVREM credatur quispiam, proportionis saltem immemor. Itidem in recto sane Turturis usurpes, uelut Vulturis, Quod & M. Tul. & Ennius dixerunt. Licet sit in usu Vultur, atque Turtur.

In Centone ipso ( cuius multa nescias an aptius decentius ue apud ipsum Virgilium , unde accersita sunt , locata uideantur ) hemistichium est ,

Ornatus argiuæ Helenæ .

Cœlicolis & quanta solet Venus aurea contra .

Quod in mensuram iusti carminis , ex manu sc . codice duntaxat uno , ita integrandum est ,

Ornatus argiuæ Helenæ . Qualisque uideri

Cœlicolis , & quanta solet Venus aurea contra .

Inuenio & in Imminutione uersum integrum , quo loco uulneris impatiens uirgo , ter sese attollēs , ter etiam reuoluta toro est . Sed q̄ eum spurium omnino putaremus , ne refertur quidem curæ fuit . Nam & uerendum quoque uidebatur , ne nostro quandoq; exemplo , si minus manifesto testimonio egissemus , quispiam fortasse alios e Virgilio ( quod facile fit ) redactos confingeret atq; adderet . Illud uero monuisse , leuiusculum fortasse fuerit , q̄ in nuptiali cœna scriptum est , Per lumina læta frequentes discurrent . Cum sit scribendum , LIMINA .

Postquam uero in cubiculum uentum est , carmen ante Imminutionem soluta oratione intercipitur , cui titulus , Parecbasis . immutatus postea , Parechuasis , imprudenter . Est quippe græca uox παρῆχασις . Quintilianus libro quarto , παρῆχασις uocant græci , Latini egressum uel egressionem . Transgreditur autem Auf . ab ingressu in cubiculum , ad præfationem in nuptiali mysterio .

In epistola , quæ Centonem sequitur . Quid Parthenien dictū causa pudoris ? Qui octauo Aeneidos cum describeret coitum Venere atq; Vulcani , ἀισχροσέμνικον decenter immiscuit . Commutatione literarum haud impariliū mendæ hic obscuritas contracta est . Primi quippe græci elementi τῶν . A . linea , quæ medium interfecat , si in pedes , excribentium celeritate , uel scalpentium incuria ( ut est in uetustis quoq; monumentis obseruare ) deciderit , quartum , quod triangulæ figuræ fuerit , efficiet . in hunc ferme modum . Δ . Et τῆ , σ , scribens , paullum si circuducenda

contrahes ( quæ frequens labecula ) in ὀμικρὸν transibit . Meo igitur ipsius periculo , ἀισχροσέμνικον emendabis . hoc est , pudicā turpitudinem . Compositione sane lepida eruditaque , nec ab eo remota penitus , q̄ Gellius hunc quoque Vulcani Venerisque congressum , pudici secretum connubii nominari , σέμνον enim pudicum dicimus , ἀισχρόν , turpe , perstricta . s . uoce ( ut ait Plato in Cratylo ) quæ fuerit ἀισχρόρου , quasi ἀἰσχροῦ ἔσθ . i . semper impediēs fluxum . q̄ uituperandum sit agitationis obstaculum . Idē ferendum ( sed , q̄ in mathematicis , indignius , minusque ferendum ) apud Proclum offendimus . Vbi , quantū intelligi datur , Λ . scriptum legitur , pro . Δ . De coloris nanque circulis hæc ait , τρέφονται δὲ οὗτοι οἱ κύκλοι διὰ τῶν τροπικῶν σημείων . εἰς μέγεθος ἴσα διακεῖσθαι διὰ μέσων τῶν ἑσθίων κύκλων . Quippe constat eos ipsos circulum , qui per media signiferi ducitur , in partes quattuor diuidere . absurdumque esse , abhorrereque a sphaeræ ratione , cum triginta partes Λ . nota denotentur .

Ad Theonem . Hoc quoque ne nostrum possint urgere pudorem . Scribe , HAEC . Carmina uidelicet .

Qualis floricomā quondam populator in Aetna , uirgineas inter choreas deoida raptam , sustulit emerfus stygiis fornacibus Orcus . Proserpine raptū hic intelligi , quæq; plane perdocēt , si Deoida deā ipsam forma patronymica ἀπὸ τῆς δέοιδος . i . Cerere , non ignoremus . Neq; alibi ulla parte operis inuenio , Aufonium cōmeminisse unq̄ eius fabulæ , quæ Proserpinā ab Ioue in serpentē uerso uitiatam tradiderit . Ideoq; miror in carmine Metamorphoseos , Varius Deoida serpens , ad eius facti mentionē Aufonium plerisq; adductum . Enna porro Siciliæ quidē est ciuitas , innumeris semper uernās floribus . In cuius campis raptam fabulæ Proserpinam inuulgarunt . Quā signasse Balbū quinto Argonau . crediderim , hac periphrafi . Florea per uerni qualis iuga duxit hymeti , Aut sicula subit urbe choros , hinc gressibus herens Pallados , hinc claræ Proserpina iuncta Dianæ , Altior , ac nulla comitum certante , priusquam Palluit , & uiso pulsus decor omnis Auerno .

In Centone ipso (cuius multa nescias an aptius decentius ue apud ipsum Virgilium, unde accersita sunt, locata uideantur) hemistichium est,

Ornatus argiuæ Helenæ.

Cœlicolis & quanta solet Venus aurea contra.

Quod in mensuram iusti carminis, ex manusc. codice duntaxat uno, ita integrandum est,

Ornatus argiuæ Helenæ. Qualisque uideri

Cœlicolis, & quanta solet Venus aurea contra.

Inuenio & in Imminutione uersum integrum, quo loco uulneris impatiens uirgo, ter sese attollēs, ter etiam reuoluta toro est. Sed quæ eum spurium omnino putarem, ne referri quidem curæ fuit. Nam & uerendum quoque uidebatur, ne nostro quandoque exemplo, si minus manifesto testimonio egissemus, quispiam fortasse alios e Virgilio (quod facile fit) redactos confingeret atque adderet. Illud uero monuisse, leuiusculum fortasse fuerit, quod in nuptiali cena scriptum est, Per lumina læta frequentes discurrent. Cum sit scribendum, LIMINA.

Postquam uero in cubiculum uentum est, carmen ante Imminutionem soluta oratione intercipitur, cui titulus, Parecbasis. immutatus postea, Parechualis, imprudenter. Est quippe græca uox παρῆχβασις. Quintilianus libro quarto, παρῆχβασις uocant græci, Latini egressum uel egressionem. Transgreditur autem Auf. ab ingressu in cubiculum, ad præfationem in nuptiali mysterio.

In epistola, quæ Centonem sequitur. Quid Parthenien dictū causa pudoris? Qui octauo Aeneidos cum describeret coitum Venneris atque Vulcani, Δισχοσεμίαν decenter immiscuit. Commutatione literarum haud imparilium mendæ hic obscuritas contracta est. Primi quippe græci elementi τού. A. linea, quæ medium interfecat, si in pedes, excribentium celeritate, uel scalpentium incuria (ut est in uetustis quoque monumentis obseruare) decidit, quartum, quod triangulæ figuræ fuerit, efficiet. in hunc ferme modum. Δ. Et τ, σ, scribens, paullum si circumducenda

contrahes (quæ frequens labecula) in ο μικρόν transibit. Meo igitur ipsius periculo, Δισχοσεμίαν emendabis. hoc est, pudicā turpitudinem. Compositione sane lepida eruditaque, nec ab eo remota penitus, quæ Gellius hunc quoque Vulcani Venerisque congressum, pudici secretum connubii nominari, σεμίον enim pudicum dicimus, Δισχρόν, turpe, perstricta. s. uoce (ut ait Plato in Cratylo) quæ fuerit Δισχρόου, quasi Δεῖσχον ῥού. i. semper impediēs fluxum. quæ uituperandum sit agitationis obstaculum. Idē ferendum (sed, quæ in mathematicis, indignius, minusque ferendum) apud Proclum offendimus. Vbi, quantum intelligi datur, A. scriptum legitur, pro. Δ. De coloris nanque circulis hæc ait, Γεράρονται δὲ οὗτοι οἱ κύκλοι διὰ τὴν τροπικῶν σημείων. εἰς μέγαν. A. ἴσα διακερῶσα ἔνι διὰ μέσων τῶν ῥωδίων κύκλων. Quippe constat eos ipsos circulum, qui per media signiferi ducitur, in partes quattuor diuidere. absurdumque esse, abhorrereque a sphaeræ ratione, cum triginta partes A. nota denotentur.

Ad Theonem. Hoc quoque ne nostrum possint urgere pudorem. Scribe, HAEC. Carmina uidelicet.

Qualis floricomā quondam populator in Aetna, uirgineas inter choreas deoida raptam, sustulit emerfus stygiis fornacibus Orcus. Proserpinæ raptū hic intelligi, quæque plane perdocēt, si Deoida deā ipsam forma patronymica ἀπὸ τῆς Δείδος. i. Cerere, non ignoremus. Neque alibi ulla parte operis inuenio, Aufonium comeminisse unquam eius fabulæ, quæ Proserpinā ab Ioue in serpentē uerso uitiatam tradiderit. Ideoque miror in carmine Metamorphoseos, Varius Deoida serpens, ad eius facti mentionē Aufonium plerisque adductum. Enna porro Siciliæ quidē est ciuitas, innumeris semper uernās floribus. In cuius campis raptam fabulæ Proserpinam inuulgarunt. Quā signasse Balbū quinto Argonau. crediderim, hac periphrasi. Florea per uerni qualis iuga duxit hymeti, Aut sicula subit urbe choros, hinc gressibus herens Pallados, hinc claræ Proserpina iuncta Dianæ, Altior, ac nulla comitum certante, priusquam Palluit, & uiso pulsus decor omnis Auerno.

Vnde factum traditur, ut Aetna pro Enna, saepe apud bonos fuerit inuersum. Precepti cuius usque adeo late mox serpsit contagiū, ut in Papinii quoque Thebaide, simili quidam emendatione uersum immutarint, qui fuerit, Aetneque Cereri negat auia Dyme. Quod ne saltem in Ausonio attentare ausint, utraque lectionem custodiri quidem, ac tueri posse, dubitandum non uidetur. quod constet ipsam Cererem tam in Enna urbe, quam in Aetna monte templum habuisse. quodque locum raptus eius filiae authores non unum reddant. Pomponius sane scribit, Famam habet ob Cereris templum Aetna, praecipua montium. Eryx maxime memoratur ob delubrum Veneris. Vnde fit ut hac parte quorundam diligentiam desiderem. Qui Ennam in Pomponio, non Aetnam legunt, & praecipua montium, cum sequenti colo neclunt. Sententia hercle minime spernenda, si praecipua montium, in Sicilia praeterquam Aetnae conueniret. Qui magnitudine omnes eius insulae montes, & ipsum quoque Erycem exuperat. Ut Polybius affirmat. Aristoteles uero, περι θαυμασιων ἀκρομάτων (quod eius esse opus agnoscit uel Stephanus) Urbem ne significauerit, aut montem, aut aliud omnino, ubi sit spelunca, qua emerfus Pluto Persephonem rapuit, aestimandum relinquimus ex eius uerbis. ἐν τῇ Σικελίᾳ (inquit) τῇ καλεομένη Αἰτνῇ, ὁ πάλαιος πλάγυτον ἔειπεν.

Corrhoco, laetalisque Trigon, mollesque Plateffae. Oppianus, TRYGON. prima etiam syllaba producta. Τρυγὸν τ' ἀργαλίη. ἐῖ τ' ἴ τρυμὸν ἔνομα Νάρκη. Possis autem, quod particula expuncta, scribere, CORRHOCO, LAETALIS. TRYGON. Mollesque Plateffae. De Trygone Plautus in Captiuis ita meminit. Horeum, Scombrum, & Trygona. Nam qui Triglam emendandum censuerit, quod illam inter uenenata Plinius rettulerit, quod sit ullius hoc momenti, ipsi uiderint. Venenatam certe eam, non quidem dum gustetur, sed pestiferam execrabilemque radio, quod ei telum est super caudam eminens minansque, intelligi uoluisse Plinium, putandum est. Videtur autem ea esse, quam nonnulli, & latij piscatores uulgo Bruchum uocitant, captamque confestim, ne laedat, radiū abscindunt. Plebeia inter connumeratur obsonia, uelut Raia. Quibus fere & magnitudine & forma similis non nihil ostenditur.

Et quoniam huc uentum, si uis agnoscere quid sit. Syllabae ratio, & uocis proprietates exigunt ut scribatur, COGNOSCERE.

In aenigmate ad Theonem. Cum tibi Cadmi nigellas filias, mellonis albam paginam, notasque furuae sepiam, cnidiosque nodos prodidit. In codice manuscripto, nec uetusto, nec omnino multae fidei, legimus, MELLONIS. ALBAM. FILIAM. Papyrus quidem ipsam, aenigmatice ac fallenti translatione, albam Nili filiam uocare, tam decebat, quam literas, Cadmi nigellas filias, decuerit. Quibus coniecturam facimus, uocem Paginam scholion quandoque superinditum, librariis emendationem putantibus mox arreptum.

Ad Paulinum. Nec quia mille annos uiuit gaeticus ales, uincit centum oculos regia pauo tuos. Vetus exemplar, REGIE uirili genere. Quae plenior est lectio ac syncerior, quam ut legas, Regia, ad auem referens. quod solet fieri. Est quippe mas in eo genere stellata ac gemmanti cauda, non autem foemina. Eleganter uero centum dixit in pauone oculos, Argi fabulam sequutus, non rem ipsam. Quamquam est finiti quoque numeri pro infiniti quaedam ratio. Porro, phoenicem mille annis uiuere hic asserit. Firmianus, Claudianus, & Martialis toridem. Herodotus, Pomponius, & poeta Ouidius quingentis. Plinius Manlium sequutus, sexcentis sexaginta. Solinus quadraginta & quingentis. Hesiodus, portentose magis quam uere, nouem ipsi coruorum aetates tribuit. Reddit & uarias de ea non nullorum opiniones Tacitus. Ita plerumque in eadem re probatissimi authores dissident. Quin & sibi etiam contradicere Ausonium, decernit aliquis, quando in Ternario prius scripserit, phoenicem nouem coruorum aetates senescere. Verum ego arbitror, in ea aue ipsum quoque agnouisse fabulositatem, quam & Plinius suspicatus est. Ut in coruorum cornicumque longauitate Macrobius. Ideoque Hesiodi licet carmine aemulatus, cornicis, cerui, corui, phoenicisque aetatem scribens, ab Hesiodo diuersus abiit, ac pro arbitrio ad ternarium nouenariumque numeros contulit. rem censei nugatoriam ac fabulosam, non ignarus. Hesiodus enim Cornicem nouem uiuere aetates hominum collegit, ceruum autem cornicis quattuor, coruum eius tres, huius phoenicem nouem,



Nymphas denique phœnicis decem . Eius carmina sunt hæc .

ἐννέα τῶν ζῶν γενεῶν λακίρῳσα κοράνη  
 ἀνδρῶν ἢ βῶντων . ἑλάφῳ δ' ἐπιπτεράκορονος .  
 τρεῖς δ' ἐλάφῳ ὁ κόραξ γνῆσκειται . αὐτὰρ ὁ φοῖνιξ  
 ἐννέα τοῦ κόρακος . δέκα δ' ἡμεῖς τῶν φοῖνικας  
 νύμφαι ἐν πολέκαμῳ κέρας δῖος ἀγχιόχοιο .

Aufonius autem sic,

Ter noua nestoreos impleuit purpura fusos .

Et toties trino cornix uiuacior æuo .

Quam, nouies terni glomerantem sæcula tractus ,

Vincunt aeripedes ter terno Nestore cerui .

Tris quorum ætates superat phœbeius oscen .

Quem nouies senior gangeticus anteit ales . Hos autem uersus quisque sua diligentia legat . Reliquum uero nobis est, ut admo-  
 neamus, non uideri quidē ipsos eo loco referendos, quo in Cripo nunc habentur, sed post sextum ab initio uersum, ut cum homi-  
 num ætate connectantur, nō solum monstratu Hesiodi, uerum etiā q̄ (si diligentius rem æstimes) sparsa, minusque coherentia reddā-  
 tur reliqua . Durum hoc delicatioribus fortasse fuerit . Sed sane fuerit, dum ne commonentem tantum me damnare audeant . atq̄ etiam considerent, id quod in periocha . xiiii . Odys . quodque in epigrammate septem Sapientum indicauimus, & quod etiam in Mosella fluuio allaturi fuimus ( sic hæc Diatribæ honore non ca-  
 reant ) nisi aliis interim animaduersum, imprimiq̄ curatum foret . Vbi tres una serie in partem longe diuersam atq̄ auiam reiecti in-  
 digne ferebantur hi uersus ,

Cœruleos nunc Rhene sinus, hyaloq̄ uirentem

Pande peplum, spatiumq̄ noui metare fluenti,

Fraternis cumulandus aquis, nec præmia in undis,

Viue, uale, & totidem uenturos condere ianos, quot tuus aut noster conseruere patres . Alii emendarunt, Conserere . Manusc. exemplar, CONGERE . Quo propemodum scriptum modo ab authore, facit ut existimem, q̄ alibi ad Georgium, super iisdē Fastis pari commutatione cauit, ne uerbum idem bis inculcare-  
 tur . Tu quoque uenturos per longum conserere ianos, ut mea congeffit pagina præteritos . Horum uero illud hemistichium,

Venturos per longum conserere ianos, illexisse arbitror in errorē .

Matutinæ Præcationis diuinum carmen est, & quo haud scio quempiam elegantius scripsisse hactenus . uixque etiam crediderim, alterius q̄ Aufonii eruditione uersibus consecrari talibus ea tempestate potuisse . In particula tamen manuscripti exem-  
 plaris, quam penes Hieronymum Aleandrum esse, testati sumus, Paulinus Episcopus, non Aufonius, eius author inscribitur . Cuius testimonio neque protinus accedendum, neque non diu-  
 tius considerandum . Nam q̄ Præcationis etiam initium ita scri-  
 ptum est, Omnipotens solo mentis mihi cognite cultu, quis non uidet, grauius id esse, pleniusque, quod uulgatis uoluminibus adhuc seruatur? Sed sint hæc ( modo uideatur ) ambigua . Nos interim, de quibus nulla sit futura dubitatio, uersus nouem afferamus hactenus desideratos, connectendos autem protinus a sep-  
 tem primis .

Ipse opifex rerum, rebus causa ipsa creandis .

Ipse Dei Verbum Deus anticipator \*

Mundi, quem facturus erat . Generatus in illo

Tempore, quo tempus non dum fuit . Aeditus ante

Quam iubar, & rutilus Cœlum illustraret eous .

Quo sine nil actum . Per quem facta omnia, Cuius

In Cœlo solium . Cui subdita Terra sedenti,

Et mare, & obscuræ chaos insuperabile noctis .

Irrequies cuncta ipse mouens, uegetator inertum .

Si te dominiq̄ Deique unigenæ cognosco patrem . Scri-  
 pserunt alii, Vnigeni . Atque ego utique Ciceronem scio Mun-  
 dum appellasse unigenum in libro de Vniuersitate . Hoc ipso ( inquit ) quod solus atque unus, iccirco singularem Deus hunc Mundum atque unigenum procreauit . Neque tamen ob id pri-  
 mam lectionem reor immutandam . Græca enim dictio μονογενής  
 quæ nostris unicus, unigenus, & uel unigenitus conuertitur, cur non etiam Vnigena, communi præsertim genere, quo græca, di-  
 ci possit elegantius? quoque modo dicimus, Saturnigena, Mar-  
 tigena, Soligena?

Nec carnis numen coniecto sub extis. Scribendum, AR-  
CANIS. non Carnis. Manuscriptus codex.

Si scelere abstineo errori obnoxius. Licet ita legi possit, ut col-  
liso nō admittatur, ex uetusto tamen codice, coniunctione addita,  
libētius scripserim, ERRORIQVE obnoxius. Vt scelere ab-  
stinuisse intelligatur, etiā errori obnoxius. Facit hoc humana fra-  
gilitas, ut sit in scelera procliuior lapsus, præsertimque his, qui  
non procul negociis degunt, quorumq; exercenda uita est, perq;  
rerum discrimina uersanda. Qua ergo coerceri eos pœna credide-  
rimus, qui semoti a curis atque (ut ipsi uideri uolunt) a Mundo,  
Dei contemplationem ambitionibus, publicisq; muneribus ac ple-  
runque improbis posthabent? Nimirum, ut nec uita functi Mun-  
di beneficio dignentur.

Ex uero uerum de lumine lumen. Corrigendum, Ex uero  
VERVS, de lumine lumen. Vt est in manuscripto codice, & in  
Apostolorum symbolo, φῶς ἐκ φωτός, θεὸν ἀληθινόν: ἐκ θεοῦ ἀληθινοῦ.

In epicedio Ausonii patris. Hæc me Fortunæ largæ indulgētia  
suasit, numine adorato, uitæ abitum petere. Qui poetæ uitam ex  
hoc maxime epicedio, deceptus perstrinxit, uersus hos, & qui  
haud multo post sequuntur, ita est interpretatus. Vbi fortunæ  
bonis in duplici curia, Gratiani .s. & Valentiniani Imperatorū  
affluxit, ab adorato numine com meatum petiuit, spem, uota, ti-  
morem purpuratis relinquens. In hunc modum ille. Sed enim  
Vitæ abitum, hoc est discessum, migrationemque e uita, non autē  
com meatum, & sopitus placido sine, ac pleraque alia, facile osten-  
dunt, ut adorato numine, quod ait, Imperatorem non intelligas,  
licet sit ἀντροπος ἀνθρώπων δαιμόνιον. sed Deum illum optimum Max.  
quem mente coluit Ausonius filius, & laudibus est prosequutus.  
In huiusmodi preceationem lætus Cherea apud Terentium erum-  
pere uidetur. Pro Iuppiter, nunc est tempus profecto interfici,  
cum perpeti me possum. Ne hoc gaudium contamine uita egri-  
tudine aliqua. Eandemque sedisse animo. C. Cæsari rationem  
crediderim, cur diutius uitam ducere, nec uoluerit, nec cura rit.

fatis diu se, uel naturæ uel gloriæ uixisse testatus. Notus est &  
Polycratis tyranni annulus cum sardonice in mare mersus. Et  
Philippus macedonum Rex, cum ei multa ex sententia præclare  
gesta uno die nunciarentur, O, Fortuna (inquit) parum aliquid  
mibi mali pro talibus tantisque bonis facito. Etenim ea cōsueuit  
esse ualentissimæ Fortunæ mutabilitas, ut a magnis bonis magno  
quoque malo ingruat, & quos interim ad deos pene ipsos euexe-  
rit, lapsu denique uel infringat, uel commaculet. Quo fit sapiē-  
ter, ut dum illa arridet, uel mori cupiamus, uel particulam ma-  
lorum inseri atq; interponi rebus lætis. Ne maiori post impulsu  
prospera pensentur, pariq; ruina, quo extulerit fauore, proturbet.

In epistola ad Hesperium. Venustula ut esset magis q̄ forticu-  
la. Instar uirginum, quas matres student demissis humeris esse,  
iunceo pectore esse. Dicas q; moraris iudicationem meam. Nu-  
tantia cum forent hæc, in hunc modum alii substituere. Demissis  
humeris, iuncto pectore esse, ut graciles sint. Nosti cætera. Su-  
perest ut dicas, quid moraris iudicationem meam. Codex uero  
noster manusc. ita habet, DEMISSIS . HVMERIS  
ESSE . IUNCTO . PECTORE . DICAS . QUID  
MORARIS . AD IUDICATIONEM . MEAM.  
Cæterum, neq; iuncto, neq; iunceo, sed ex Terentio, VINCTO  
potius legendum. i. castigato ac tenui & ueluti uincto. Vt inter-  
pretatur Donatus. Aut certe pectorali fascia ligato. Martialis,  
Fascia crescentes dominæ compefce papillas, ut sit quod capiat no-  
stra tegatque manus. Ea enim solet esse matribus præsertim cura,  
ut & uirginum ligent pectus, & substringant uestibus ac zona.  
Quod expressisse Claudianum intelligimus in epith. Honorii &  
Mariæ. Ipsa caput distinguit acu, substringit amictus, flammea  
uirgineis accommodat ipsa capillis. Et in .vi. consulatu Hon.  
Ac uelut officiis trepidantibus ora puellæ, spe propiore tori, mater  
solertior ornat aduentante proco, uestesque & cingula comit sæpe  
manu, uiridique angustat iaspide pectus, substringitque comam  
gemmis, & colla monili circuit, & baccis onerat candētibus aures.  
Græci quoq; puellarum elegantiam ac formæ decus indicari satis  
credunt, καὶ ἐνζώνες, i. bene cinctas, ipsas appellando. Est quippe

cum totius corporis apta in uirguncula gracilitas, tum in pectore præfertim. Ne uel laxæ, tanquam in puerpera, mamillæ pendeant, uel ultra modum protuberent, ac tumescant. sed prominulæ intra manum condi possint. & duriusculæ ueluti uerbera contactu regerant. Terentii ex Eunucho fabula uerba hæc sunt. Haud similis uirgo est uirginum nostrarum, quas matres student demissis humeris esse, uincto pectore, ut graciles sint. Si qua est habitior paulo, pugilem esse aiunt. deducunt cibum, tamen si bona est natura, reddunt curaturâ iuuceas. De his igitur se ipsum quisque percontetur, ac statuatur. Illud uero manifestum (nisi maculata fuerint superiora) non Venustula ut esset, sed, VT . ESSENT legi oportere, et ADIUDICATIONEM, dictum cultius ac significantius, quàm Iudicationem, uideri posse.

In eadem epistola græcum uerbum usurpauit. Quod tale est, Δις παῖδες οἱ γέροντες. Bis pueri senes. Integrum quidem id in uoluntate tumque in codicibus impressionis primæ. Factumque est (ut Dio-genianus ait) ἐν τῷ ἀπο τοῦ γέροντος ἐνδεσφῶν δοκῶντων. Id autem quod latini dicimus repuerescere, non tam hic in uniuersum exprimi putandum est, quàm illud etiam insinuari, quod plerique filiorum nimio affectu, uel nepotum noua cura, ea facere non uerentur, quæ sibi dulcia solatia sint, aliis uero ad insaniam accedere uideantur, pro broque notentur. Ostendit autem hoc uel Symmachus, qui ait, Dum filius meus græcis literis initiatur, ego me denuo studiis eius, uelut æqualis, adiūxi. Repuerescere enim nos pietas iubet, ut literarum dulcedine liberis nostris labor participatus insinuet. Hinc & in arūdinibus obequitates cū filiis philosophos legimus.

Ad nepotem de puerili studio, Chironem atque Atlantem denotans, ita scribit. Blandus uterque mitibus alloquiis teneros mulcebat alumnos. Arridens est autem, magisque festiua manus scripti exemplaris lectio, & quam rectam credimus ac legitimam, adoptiuam uero primam & subditiciam. BALBUS, enim habet. Quid autem senum peculiarius? Horatius in primo epistolarum, Pueroselementa docentē occupat extremis in uicis balba senectus. Blandus alioqui de Chirone dici, usitati moris est. Statius in

Glauciam Melioris, Tenero sic blandus Achilli semiferæ moniū uincebat Pelea Chiron. Balbus in primo Argonauticon, Discat eques placidi cōscendere terga magistri. Verum, Mitibus (quod ait) alloquiis, illud expressisse satis uidebatur.

Ardua semper præmia Musarum capias facundus. Codex idē CVPIAS. Sensus uterque congruus, sed hic signatior ac uenustior, ex Gellio, qui ait, Humanitatem id esse propemodū, quod Græci παιδείαν uocant, nos eruditionem institutionemque in bonas artes. Quas qui synceriter cupiunt appetuntque, hi uel maxime humanissimi sunt. Habet porro literarum amor atque institutio id uel maximum, liberoque cuique rebus omnibus antefendum, ut his artibus uel candidati uel imbuti, sapientes, boni, uiuētisque uocentur. Cum contra, iisdem expertes, stulti, mali, profani, mortuique censeantur.

Perlege quodcumque est memorabile, & ut tibi proffit. Versum hunc exemplar idem non habet. Et sane uelut spurcius atque inelegans uideri potest, ita importune ascitus ad centum eius opusculi numerum nec inertem (ut arbitror) neque conniuentem terminatum. Eius enim numeri etiam sono pueris oblectari ingenium est, nec maiorem ullum, aut pleniorē esse arbitratur. Adamauit uero & in cæteris Auf. non nunquam, ut carmen statuto quodam numero terminaretur. Veluti, quod & admonuit, in Cripo. Hic quoque ne ludus numero transcurrat inertem, Ter decies ternos habeat, deciesque nouenos. Quo loco signanter admodum ac breuiter, numeros & ad collectionem computationemque summæ, & ad carmen ipsum rettulit. Ut Virg. in Georgicis, Ferte simul faunisque pedem dryadesque puellæ.

Tu quoque, qui Latium lecto sermone Terenti Comis, & astricto percurris pulpita focco. Emendant alii, Læto sermone. Nos LECTO intelligimus proprio, elegantique. Seruius enim ait, eum proprietate sermonis omnibus præponi comicis, sed in rebus cæteris esse inferiorem. Ideoque dictum etiam uidetur, Astricto focco, ex Horatio, qui contrarium de Dorfeno æstimans ita scribit

in secundo Epist. Dorfenus edacibus in parasitis q̄ non astricto percurrat pulpita focco. C. quoque Cefar, factis de Terentio uersibus, puri eum sermonis amatorē appellat. Quocq; res sit minus dubia, succurrit, uersum esse hunc Ciceronis, una tantum diēctione ab Aufonio mutatum. Donatus enim ex Tranquillo hosce Ciceronis in Limone uersus citat, Tu quoque, qui solus lecto sermone Terenti, Conuersum expressumque latina uoce Menandriū In medio populi sedatis uocibus effers. Quid, q̄ come loquens, atque omnia dulcia dicens?

Quæstor ut Augustus patri natoque crearer. Scribo, AVGVSTIS, casu dandi. Patri. s. Valentiniano, natoq; Gratiano augustis. Par menda apud Claudianum. Vbi legitur, Et gener Augustus, olim focer ipse futurus, accedis. Scribit Ammianus Marcellinus libro Rerum gestarum .xxvii. Valentinianum, morem institutum antiquis supergressum, non Cæsares sed Augustos germanum filiumq; nuncupasse. beneuole fatis. Nec. n. quisquam ante hac adsciuit sibi pari potestate collegā, præter principem Marcum, qui Verum adoptiuū fratrem, absq; diminutione aliqua maiestatis augustæ, socium fecit. Huius porro quæsturæ suæ ita & in Actione gratiarum meminit Aufonius. Ex tuo merito te ac patre principibus quæstura communis.

In genethliaco ad Aufonium nepotem. Sextiles Hecate latonia uindicat idus. Scribendum, VENDICAT. Quæ non infrequens labecula. Vt in Mosella quoque fluuio, Captumque sinu sibi uindicat amnem. Est autem Martialis æmulatio. Qui Virgilii natalē celebrans, totidē uersiculis, sed phaleciis, ita scribit: Maia Mercurium creastis idus. Augustis redit idibus Diana. Octobres Maro consecrauit idus. Idus sæpe colas & has & illas, Qui magni celebras Maronis idus.

In præfatione Cupidinis cruciati. An unquam uidisti nebulam pictam in pariete? Manusc. codices EN. VNQVAM

Qui modus percontandi uel Terentio est proprius. Imitationem alioqui de Terentio, Plautoque in præfatiunculæ ipsius argumentum sibi sumpsit. Quorum sane poetarum, ut & Flacci & Maronis, studiosus, oppidoq; imitator dinoscitur. Plautus itaq; in Menē, ait, Nunquid uidisti unquam tabulam pictam in pariete, ubi aquila Catamitum raperet, aut ubi Venus Adoneum? Terentius autem in Eunuchō, Virgo in conclauī sedet, suspectās tabulam quandā pictam, ubi inerat pictura hæc, Iouem quo pacto Danae misisse aiunt quondam in gremium imbrē aureum. & cetera. Quibus admoneri posse uidebatur, Tabulam, non Nebulā, & in Auf. scribendum. Ceterum, cū & in epistola ad Symmachū dixerit, Hoc me uelut aeriis brattæ fucus, aut picta nebula, nō longius q̄ dum uidetur oblectat. cumque aliquid tāquam per nebulam uideri, atque accipi. tum, nebula inanius, ac mollius, dicatur, putandum sit fortasse, arbitrato suo, Tabulam, in Nebulam, Aufoniū mutasse. Quando & in manuscriptis exemplarib. ne speciem quidem alterius lectionis hactenus inuenimus.

In elegantissima, nec incelebri egloga, qua cruciatur Cupido. Ventilat ignauum simulati fulguris ignem. Legendum, FVLMINIS. Manusc. codices.

Et statim post. Sexu gauisa uirili mœret in antiquam Cæneus reuocata figuram. Solæcismus uidetur esse, Cæneus reuocata. Exemplaria uero manuscripta, CAENIS. Fœmina enim prius fuerat, Cēnis nomine. Ouidius, Clara decore fuit proles elateia Cēnis; Idem, Tu mihi Cænis eris. Vel itaque legendum CAENIS Vel (ut impressi habent quidam), CAENEIS. Ei nanque fœminæ & Cēnis nomen inditum, & Cæneis fuisse constat. Gellius libro nono, Notissima illa de Cæneide & Cæneo cantilena. Sed neq; illud transiliero, quod si uel Cæneus custodiatur, uideri possit ex catulliana mimesi, de Aty. quem genere uirili, antequam euietur, appellat, dein etiā muliebri. Hęc postea ab Nepruno cōpressa, sexus mutationē impetrauit, ac Cæneus appellatus est. Qui tandē pro lapithis aduersus cetauros decernens, cū inuulnerabilis

stupro pensatione factus foret, arboreis oppressus trabibus, in aë  
commutatus dicitur. Scribit Ouid. xii. Met. Sunt qui cum di  
cant post mortem pristinae formæ redditum. Vt Virgilius in .vi.  
(quæ sequutus hic noster est) Et iuuenis quondam, nunc fœmina  
Cæneus, Rursus & in ueterem fato reuoluta figuram.

Fert fumida testæ lumina festiaca præceps de turre puella .  
Sunt qui legerint, Testem. Hoc est consciam Herus ac Leandri  
furtorum lucernam. Quod sane poeta Musæus ait,

κερυφίαν ἐπιμάρτυρα λυχνίον ἔστ' ὄν .

Occultorum testem lucernam amorum. Verum testa figulinam  
etiam lucernam significat. Quo genere innumeræ in Antiquorum  
monimentis etiam num manent. Et Virgilius in Georgicis ait.  
Nec nocturna quidem carpētes pensa puellæ, nesciuere hyemem,  
testa cum ardente uiderent scintillare oleum.

Se quisque absoluerit gestit, transferat & proprias aliena in cri  
mina culpas. Quod emendatum iam est, Transfert. a ueri spe  
cie non abhorret. Vetus tamen exemplaris nostri lectio synce  
rior, TRANSFERAT. VT. PROPRIAS. Porro  
particula, QVISQVE commutanda non uidetur, licet ad heroi  
das hoc genere referri posse, non appareat. Cum enim & in Mono  
syllabis aliã particulam, Quis, genere dixerit neutro, Quis fluit  
tat pelago, quod non natat in fluuio? pix. affirmauerim potius ta  
lia eo modo posuisse eū, ut a Vetusioribus poni cōsuevit. Ennius  
Quis tu es mulier? Terentius in Eunucho. Illarum neq; quisq;  
te nouit. Et Donatus ait, Quisq; multis probari exemplis etiã fœ  
minino genere Veteres protulisse. ita ut in numeris & generibus  
hæc pronomina infinita sint. Priscianus quoq; ac Nonius aiunt,  
Quis & Quisquam cōmunis esse generis autoritate Veterum, ut  
apud græcos. Ex iureconsultorum etiam sententia, de Verborum  
significatione uerbum hoc, Si quis, tam masculos, q̄ fœminas com  
plectitur. Hęc indidimus, uel ne cui libet temere immutandi fa  
cultas relinquatur in monosyllabo, Quid. hic, Quæq;. Vel si forte  
ita potius, ut sequutis temporibus dici cœptum, inter doctos emē  
dandum conuenerit, ne id quidem latuisse nos, appareat.

Rescindit adultum Myrrha uterum lachrymis lugentibus .  
Sunt codices qui seruent, Vigentibus. contra syllabæ rationem.  
Sed scribendum sit fortasse, LVCENTIBVS.

Ad Paulum, super uersibus in Bissulam puellam. Peruincis  
tamen. Vetus codex, PERVINCIS. TANDEM.  
Quod ad eius epistolæ initium magis facit.

Poemata quæ in alumnam meam Iuseram. Idem codex, POE  
MATIA. Quæ quandoque græca uoce dixit ἰδύλλια. Manife  
stius id, q̄ ut pluribus confirmandū sit, tum ex his, quæ hic sequū  
tur. tum etiam, q̄ alibi Tenuem incompti carminis libellum, hæc  
ipsa uocat, schedium, ac lusus.

Proferre ad lucem caligantia coegisti. Rectius, PROFER  
RI. Ex manuscriptis aliquot.

Ne tu Alexandri Macedonis peruicaciam supergressus. Qui  
fatalis iugi lora soluere cum non posset, abscidit. & pythiæ spe  
cum, quo die fas erat patere penetrauit. Immutarunt alii,  
Quod nefas erat. pro, Quo die fas erat. Plutarchus uero scri  
bit; Expeditionem pro græcis contra Persas suscepturum Alexan  
drum, ut Apollinem consuleret, Delphos uenisse. Quo tempo  
re cum in nefastos dies incidisset, oraculi silentio datos, ideoq;  
negantem legemque tuentem phœbadem exorare non posset, inui  
tam trahēs ipse templum ascendit. Ea autem, uelut studio uicta,  
ἀνικητός ἐστι πᾶσι, inquit. Quod cum Alexander accepisset, Asse  
quutum se, quod ab ea cuperet uaticinium, neque alio sibi opus  
esse, affirmauit. Legendum itaque arbitramur, QVO. DIE  
NEFAS. ERAT. Aut certe, QVO. DIE. FAS  
NON. ERAT. ἐν αἷς οὐκ ἐνόμισται θεμιστεύειν. Quod autem  
Aufonius Pythiæ specum penetrasse ait, Plutarchus, Templum  
ascendisse, nihil impedit. Specus enim in templo fuit, ad quam  
rapta pythias oracula redderet. Seneca in trag. Oed. Incipit  
phœbea uates spargere horrentes comas, & pati cōmota Phœbum.  
cōtigit non dū specum, emicat uasto fragore maior humano sonus.

Scribit . M. Tul. in primo de Diuinatione , & Plinius libro secundo , eius terræ uim fuisse , credi , quæ mentem pythiæ Delphis diuino cōcitaret afflatu . Porro , quod dictum quoq; est , Fatalis iugi lora soluere cum non posset , abscidit . gordianum nodum innuit . Qui in Gordio Midæ regia olim fuit . ex corni libro scilicet innexum plaustrum . Cuius certa barbarorum opinio ferebatur , qui nexum soluisset , eum toto Orbe , uel , quod scribit Iustinus , tota Asia regnaturum . Alexander itaq; cum capita loramentorum , intra nodos abscondita , obliquisq; inter se spiris obuoluta , nequisset soluere , nodum ferro cecidit . Hinc factum arbitror , ut cum rem arduam , quæ consilio tractari non permittitur , ui exuperaturos , nos asserimus , incidendam quidem illam , usurpemus . Plinius quadam ad Caninium epistola , Nunquam ne hos arctissimos laqueos , si soluere negatur , abrumpam ? Aristobolus autem facile eum soluisse scribit , dempto clauo , quo temoni iugum annectitur , mox iugum subduxisse . Quam historiam & Aufonius quoque ad Paulinum non ignorauit ,  
 Ocuis illa iugi fatalis soluere lora  
 Pelleum potuisse ducem reor , abdita opertis  
 Principis , & utroq; caput celantia nodo .

In Mosella . Inde uiator , riparum subiecta terens , hinc nauita labens probra serunt cultoribus . Desideratur in his particula . Quam , ut alias plusculas , librarii interiecto spatio restituendam diligentioribus reliquere . De quarum plerisq; quosdam hactenus benemeritos , nemo hercule non laudauerit . Nos hanc unam cunctanter antea cum admonituri essemus , cunctationes fere redditi iam sumus , aliis ita locum sarcientibus , Probra canunt seris cultoribus . Afferemus nihilo secius & nos opinionē qualēcunque nostram , liberum cuique deligendi studium relinquentes . Contentionem igitur uindemiatorū cultorumq; cum uiatoribus tangere uidetur Aufonius . Quorum mos olim , & nūc quoq; est , neapolitanis præsertim rusticis , conuicia probraq; uerborum amaritudine , ridiculisque clamoribus & stolidulis , petulantibus iurgiis , alterum in alterius effundere contumeliam . cucullos , inutiles , & id genus plurima sese inuicem compellantes .

Hinc illud Theocriti in Ergatinis . Σφίγγειτ' ἀμαλοδύται τὰ δειγμάτια μὴ παριόντες εἶποι , σὺ κίησι ἀρδεις , ἀ πάλαιτο χούτος ὁ μισθός . Quam obloquendi uindemiatores licentiam ( usque adeo consuetudo sibi uoluit licere ) & in dominos , in principes , mulieresque ingerunt . nullam neque uirginum , neque matronarum honestarum rationem habentes , in eas omnes , uelut in prostituti aliquas pudoris , turpia quantumlibet euomendi . Adeo ut totus sæpe locus personet . Scribit Lampridius , putare multos , ab Heliogabalo imperatorum spurcissimo primum repertum , ut in uindemiatorum festiuo multa in dominos iocularia , etiam audientibus dominis , dicerentur . Quorum utique opinio mihi non fit uerisimilis . Quando consuetudinem ipsam Horatius in satyra prior rettulit ,  
 Expressa arbuſto regerit conuicia durus  
 Vindemator , & inuictus cui sæpe uiator  
 Cessisset , magna compellans uoce cucullum .  
 Et Aufonius hos æmulatur . Ob id ego , DV R I S , reponendū crediderim . ac , Probra serūt duris cultoribus , Aufonio ita accipi , ut , Regerit cōuicia durus uindemator , Horatio . Qui & in Epod. Dura messorum uocat ilia . Et Columella , Durū incolam . quippe agricolam , hortique cultorem .

Et uiridi profundit monte Mosellam . Rectius PER FVN DIT . Nam profundo uix est , ut arbitror , inuenire quin primam corripiat . Lucretius , Omnia ueridico qui quondam ex ore profudit . Accedit Gellii autoritas in secundo Noctium Attic . Tum & Probi ratio .

Aut pompeiani missena pericula belli  
 Euboicę referunt per Auerna sonantia cymbæ  
 Innocuos ratiū pulsus , pugnasq; iocanteis  
 Naumachia , siculo quales spectata Peloro  
 Cæruleus uiridi reparat sub imagine pontus . Scribendum  
 QVALIS . ut ad naumachia referatur . In primo autē carmine scribo MESSANA . Sextus enim Pompeius Magni filius nauali prælio uictus fugatusque ab Augusto est ad Messanam oppidum peloritani sinus . Historiam cognoscere satis licet

(ut ceteros præteream) ex Tranquillo in Octauio, nec non Strabone libro sexto. Hæc ipsa sane Siciliæ ciuitas, quæ a latinis Messana uocari obtinuit, græcis tam μεσσηνία dicitur, quæ Peloponnesi alia in regione, quæ nostris Messenia est, ipsis uero & μεσσηνία & μεσσηνία, cum sua uidelicet urbe cognominis. Vnde & patrium & gentile nomen μεσσηνίος. Quæ nostris interpretari, messanos uideo, utique peloritanos. peloponnesiacos autem, messenios, ut a græcis. Ptolemæus μεσσηνίους ipsos uocat populos. Stephanus & urbem & regionem μεσσηνίαν per simplex. σ. Iam quidem in sicula uulgius græcæ sonum literæ custodiunt, ac Messinam nominant.

Et rediit pandas inuersi corporis umbras. Lego REDIGIT uel potius REDDIT. Virgilius, Redditur effigies liquida cernentis in unda. Item, Fontis aquæ reddunt simulachra imitãtia uerum. Representat (inquit) & imaginat inuersas & latas umbras. Omnes. n. simulatrix illa umbra formas refert æmulatorumq; maiores in aquis. Hinc dictum supra paulo, Vitreis uindemia turget in undis. Et quæ ipsis etiam demersa fontibus sunt, despectatium obtutibus auctiora emicant & apparêt. Quod & testatur Seneca in primo Naturalium Quest. & Aphrodiseus Alex. sectione quarta, sed & Lucianus in dialogo περι τοῦ ὑπὸ κίρκου τῶν κύκνων. rationemq; trãseunter explicat. A superiore porro Aufonii loco statim fere subditur in eandem sententiam, Vnde refert alios simulachra humentia nautas. Scribendum uero VNDA. Virgilius, Formam pura refert oculis spectãtib; unda. Exprimit (inquit) unda & reiectat simplices imagines, uerisq; proximas, in diuersa semouentium nautarum atque colludentium. Quod ipsum nõ nisi quietis undis fieri cõtingit. Hinc & apud Lucian. Doris Galatcã se in undis contemplandam admonet ex caute aliqua εἰ ποτε γαλήνη εἶν. Vnda quieta refert alto de gurgite formas, inquit Maro. Sed & idem in bucolic. ludicro dixit, Nuper me in litore uidi. Ego uero morosam plerunque grãmaticorum curam fastidire satis non possum, a poeta tanquam ab historico aut philosopho ueri fidem exigentiũ. Nam q; a Theocrito, idyllio sexto, dictum est, ἢ γὰρ πρᾶν ἐς πόντον ἐσέβλεπον, ἢς δὲ γαλάρα. Num uel in flumine, uel in alio, quæ ipsius elementi æquore, inusitatae magnitudinis formam

contemplaretur Polyphemus, qui se corpore maiorem Ioue facere non dubitarit?

Iam uero accessus facilis. Corrigendum fortasse quis putet, non Vero, sed VERE. In hunc modum, Iam uere, accessus facileis qua ripa ministrat, scrutatur toto populatrix turba profundo. Tempus certe uernum quæ sit his, qui piscandi studio tenentur, aptum, nemo non nouit. Et Plinius libro .ix. scribit, Quoto cuique hominum nosci uberrimam esse capturam Sole transeunte Piscium signum.

Heu male defensas penetrati flumine pisces. In recentioribus uoluminibus imprimi curatum est, Defensos, non Defensas. Quid autem, si eorum sequutus opinionem hoc dixerit, qui omnes pisces foeminas esse opinantur, exceptis chartilagineis? putantes eos, qui mares habiti sunt, differre a suis foeminis modo plantarum. in quibus altera fructificet, altera non. ut olea & oleaster, ficus & caprificus. Quorum tamẽ, licet etiam Naturæ interpretum, opinionem improbat Arist. in tertio de Generatione Animalium.

Est hic tranquillo qua labitur augmine flumen. Voce quidem Augmine Lucretius sæpe utitur. Priorem uero lectionem immutandam non arbitror, quæ non augmentum hic aquarum, sed iustus ipse cursus impetusq; exprimat. q; in Mosella fluuio, quem omnium celebratissimum poetico præconio efficere contendit, uatem omnium eminentissimum sequutus uideatur. Qui de præstantis famæ flumine dixit, Leni fluit agmine Tibris, Ennium imitatus, a quo dictum prius, Quod per amcenã urbem leni fluit agmine flumen. pro actu & ductu quodam, non ineleganter, ut Macrobius existimat.

Sic anhedonius bæotia per freta Glaucus,  
Gramina gustatu postq; exitialia Circes  
Expertus, captas moribundis piscibus herbas  
Sumpsit, carpathium subiit nouus accola pontum.  
Anhedoniũ Glaucum ab Anhedone bæotiorũ urbe intelligimus;

ubi in balenam, aut etiam in maris numen transformatus traditur. Nota res ex Ouidio .xiii. Metamorph. & per transitum libro etiam .vii. Sed & Strabone, libro .ix. Quem tamen imprudenter percurrisse uidetur, qui in Aegarum scopulis hoc contigisse tradidit. Neque illud minus, licet maiori quadam uenia, q̄ Anthedonis filium fuisse Glaucū, rettulit. Latinus .n. Strabo ita habet. Hoc in loco facta dicuntur quæ de Anthedonis filio Glaucō fabulæ uulgauerunt. Quem in balenam transformatum aiunt. Græca sane exemplaria non Anthedonis filium, sed anthedonium, retinent, ab hac uidelicet bæotiorum urbe, ut apud Stephanum quoque legitur. Nam ab altera eiusdem nominis haud procul a Gaza, non ἀνθηδονίος; fieri idem tradit, Sed ἀνθηδωνίτης. Strabonis hæc sunt, Ἐν ταύτῃ δὲ ἐστὶ τὰ περὶ τοῦ γλαυκοῦ μυθεύεται ὅτι ἀνθηδωνίου ἢ φασὶν εἰς κῆτος μεταβαλεῖν. An porro legendum sit, non Captas, sed TACTAS addubito. Ipse enim Ouidius ait, Gramine contacto cœpit mea præda moueri. Nam CARPTAS, quod nouissime excusum est, omnino displicet. Quando herbarum gustus non tam morientibus, sed ne uiuis quidē piscibus esse possit. Par ferme quod sequitur. Ideoq; in medium utrunque relinquendum. In illo enim, Subiit nouus accola pontum, suspicari quis possit, scriptū potius INCOLA, q̄ Accola. Significantius atq; ex Ouidio, qui ait, Alti nouus incola ponti. Nisi mutare, q̄ mutare maluisse eum, arbitrādum sit. Quo uidelicet manifesta minus, cautioreq; foret imitatio. Quod præterea in recentioribus cod. scriptū est, Dirces, pro CIRCÉS, non est ut diligentius rimati probemus. Exitia nos quidem hæc, & Circes gramina intelligimus, q̄ his ipsis sæpe ueneficia mulier horrēda pararit, multosq; ex hominū facie in ferarum ora induerit, & tum maxime, cū fugitiuæ, Glaucumq; male urentis Scyllæ inguina mōstris inquit nauit. Gramen enim fuisse id, & in Anthedone conceptū, Naso indicat. vii. Metamor. Carpsit & euboica uiuax Anthedone gramen, Non dum uulgatum mutato corpore Glauci. Et in .xiiii. cum accingentem se Circem inducit, ut gurgitem inficeret, quo se ab æstu referre Scylla consueuerat, Protinus horrendis infamia gramina succis Conterit, & tritis hecateia carmina miscet.

Tametsi in peruulgatis omnibus codicibus (minus proprie attentatum uel expressum) Pabula, non Gramina, legitur. Librariorum errore. Qui innumera in opere diuino & corruerunt hactenus, & ausu temerario addiderunt. Nos, uetustiorum fide exemplarium, GRAMINA . corrigimus. Circeas uocat & Claudianus herbas, quibus pristinæ reuocatus uitæ Hippolytus fuerit. ET iuuenem, sprete laniatum fraude nouercae, Non sine circeis Latonia reddidit herbis.

Aequoreas solitus conuertere Thetim. Scribendum, TETHYN. ratione syllabæ. quæ in Thetide corripitur, in Tethy producitur. Sed & CONVERERE fortasse magis placeat. Ut uniuersos maris pisces trahere solitum, hac hyperbole, significet. Supra quoq; Nodosis decepta plagis examina uerit. Quamquam CONVERTERE adhuc tueri possit, pro fallere ac decipere. ex Marcello. Afferimus plerunq; multa dubitater non inuiri. Pleraque enim satis firmiter consistunt, si uel solo uetusti cod. adminiculo fulciantur. Quæ uero coniectura nituntur, fide lubrica uideri solent, etiam cum probaueris. In Mosella sane, sed & in reliquis, quæ sequuntur, Aufonii operibus, manuscripti exemplaris nobis copia non fuit.

Abydeni freta quis miratur ephebi? Rectius, MIRETVR

Hic tinus. Scribendū puto, ICTINVS. Vitruuius libro septimo. De æde Mineræ dorica, quæ est Athenis in arce, Ictinus & Carpion edidit uolumen. Meminit & paulo post de Ictino, q̄ Eleusinae Cereris, & Proserpinæ cellam immani magnitudine, dorico more, sine exterioribus columnis, ad laxamentū usus sacrificiorum pertexerit. Est & eius mentio apud Plutarchū in Pericle, apud Strabonem libro nono.

Conditor hic forsitan fuerit prolemaidos aulæ Dinochares. Apud Plinium, Vitruuium, & Solinum, DINOCRATES legitur. Quo certe modo an sit & in Aufonio scribendum, equo animo ampliauerim. Nā & Strabo χειροκράτης



licet habeant nō nulli codices χειρομνηματα . Leo Bapt. Polycrates; Ni sit (quod equidem suspicor) in codicibus emendatissimi ætatis nostrę scriptoris, uitium. Vt uideri possit & hic quoque tradentium uarietas. Alioqui cum Ephesiã Dianæ tēpli architectus Plinio non semel Ctesiphon uocetur, Straboni tamen Chersiphron; Vitruuius item Ctesiphonta uocat eum, libro septimo. Primum (inquit) ædes Ephesi Dianæ ionico genere ab Ctesiphōte gnosis & filio eius Metagene est instituta. Idem, De æde ionica Ephesi, quæ est Dianę, Ctesiphon & Metagenes edidit uolumen. Ausonius periphrasticos exprimere magis uoluit, inquit, Atq; Ephesi spectata manus, uel in arce Mineruæ. Chersiphrona hunc (ut uidetur) & Pythiū intelligens. Qui Prienę ædem Mineruę nobis liter architectatus traditur. Nisi sit potius illud hemistichium, Vel in arce Mineruæ, cum sequentibus iungendū, quæ de Ictino dicuntur. Quod est uero similius.

Surgit, & ipsa suas consumit Pyramis umbras.  
Carmen hoc perperā huc reiectum arbitramur. Quando & unde pendeat, non habet. & quę hic de Dinocrate architecto, & ferreo Arfinoes simulachro dicuntur, confundit & intercipit. Proprias uero umbras an consumat pyramis, ambiguum est, & quo modo consumat, non omnibus intellectum. Hieronymus certe, Laertio referēte, & Plinius libro, xxxvi. memorię prodiderunt, Thaletem milesium pyramidum altitudinem mēsum, umbram asseruando, qua hora par esse corpori solet. Contra Marcellinus, libro, xxii. Aegypti tractus percēns, ita scribit. Tempora ubique molibus magnis extructa. Ad Miracula. vii. prouectæ, quarum diuturnas surgendi difficultates scriptor Herodotus docet, ultra omnē nominum altitudinem, quæ humanis confici potest, erectę sunt turres ab imolatissimę, in summitates acutissimas desinentes. Quæ figura apud geometras ideo sic appellatur, q̄ ad ignis speciē (τοῦ πυρός, ut nos dicimus) extenuatur in conum. Quarum magnitudo, quoniam in celsitudinem nimiam scandens gracilescit paulatim, umbras quoq; mechanica ratione consumit. Solinus quoque rem eandem ita perstringit, Pyramides turres sunt fastigatę, ultra celsitatē omnem, quę fieri manu possit. Itaq; mensurā

umbrarum egressę, nullas habent umbras. Hinc & in Toxaride Lucianus, Audierat (inquit) ægyptias Pyramides, cum sublimes forent, umbram non iacere. Quæ diuersitas in ipsis quoq; Orbis terrarū miraculis permira est. Deniq; Cassiodorus Aufonii partibus accedit, rationemque ad latitudinem referre uidetur, ita scribens libro septimo Epistolarum, ad Præfectum Urbis Romę. Pyramides in Aegypto, quarū in suo statu se umbra consumens, ultra constructionis spatia nulla parte conspicitur.

Quod si cumanis hic afforet hospes ab oris. Alii cod. HVC Si quispiam (inquit) ad Mosellam accederet, putaret simulachra, quę in puteolanis balneis esse memorantur, reperiri & conspici in hoc fluuio. Papinius in balneo Etrusci. Nec si baianis ueniat nouus hospes ab oris, talia despiciat. Sic & quod apud Ouidium scriptū est, Sedibus hic adsum. in uetustis aliquot codicibus inuenire est, HVC; ADSIM. Cæterū, cum per solæcismi modum, grammaticorum testimonio, talia non nunquam dici soleant, nec alterutrum eligendum, aut temere in codicibus, qui emendentur, transferendum, sed quod ad carminis, uocis, ornatusq; dignitatem pertinere, eruditus quidem auribus uideatur.

Imperii sedem Romę tenuere parentes.  
Versus hic (ni desint aliqui) huius sane loci non uidetur. Possit autem esse spurius.

Tempus erit, cum me studiis ignobilis ora mulcentem curas.  
Legendum IGNOBILIS. OCI. Vt in epigrammate ad libellum suum. Huic ego quod nobis superest ignobilis oci deputo. Ex Virgilio, qui ait, Illo Virgilium me tempore dulcis alebat Parthenope, studiis florentem ignobilis oci. Neq; enim probo, q̄ nō nulli, Oci, emendauere. Supra quoque de Archimede, Non qui laudatus ab hoste clara syracusii traxit certamina belli. Scribendum proferendumq; SYRACUSI. Eodemq; modo in cæteris huiusmodi statuendū. Quidam sane, hæc ipsa ubique aliter scribenda, aliter enuncianda censentes, neq; Veterum incorrupti usus, neq; syncerioris scripturæ rationem habuisse uidetur.

Nos antiqua Romæ monimenta, quæcunque extant, non inertè cura rimati, nunquam fere aliter inuenimus, quàm per simplex .I. TARQVINI . TVRCI . POMPILI . OCI . NEGOCI . & innumera prorsus alia, tam carmine, quàm soluta pedibus oratione. In cuius significationem celsior eius literæ figura, atque aliquanto ceteris in eadem dictione longior incidebatur. Quam rudibus plerunque sculptoribus, & deprauato mox usu, opportunis locis, ut etiã productis syllabis, dempta, & iisdem impropriis, breuibusque syllabis importune temereque indita, uetusti quoque ipsi Romæ lapides ostentent. Indignum est itaque, tantum cuique licere in his, quæ emendatissimo examine summi olim iudices, perpenderit. ut cum temporis iactura bonos libros adulterent. quantumque in ipsis est, fidem lapidum oblitterent. Quorum testimonia, uetustatis honore, quadam reuerentia consulimus. quique soli iam, ueluti uades sæculi, in pristinum olim nitorem redeuntis, superfuere. Iotacismi nominis etiam infamia notabantur olim, qui .I. literam plus æquo, supraque iustum decorem in dictionibus ostenderent. Neque enim detractio aliqua literarum commoneri scriptio ipsa poterant. Cur ergo ubi posset .I. alterum remoueri, non ante oculos ponerent, quæ uoce ipsa essent lenituri? Sed sit fortasse & .I. duplici scriptum olim dictumque, sed a uetustissimis, nec dum cultis. Placitumque postea breuitatis causa (cuius studium cum eloquentiæ facultate Latinis inualuit) ut .I. alterum remoueretur. Quod in uerbis coniugationis tertiæ productæ factitatum, Diomedes author est. Ut adii, fancii.

Mollia subtili nebunt mihi carmina filo Pierides, tenui captas subtegmine telas percurrent. In codicibus aliis emendatum iam est, Tenui aptas. Neutrum uero satis placet. Signantius dictum uideatur, si COEPTAS, scribere maluerimus. Ea si quidè metaphora rem nobis quanque inceptam notare solemus. Plautus in Bacchidibus. Exorsa hæc tela est non omnino male mihi. Futurum quidem dicit poeta, ut cum uitæ quies, studiisque ocius detur, materiam, quam incepit, uberius prosequatur, accuratiusque peragat. Huc pertinent, & quæ paulo post infert.

At modo ceptum detestatur opus, dilata laude uirorum. Hoc autem fuit ea quoque ratione comonendum, quæ hæc in uersibus his dictiones, Subtilis uidelicet ac Tenuis, deductum, quod uocat, carmen, subnotare uidentur. Illud .n. in Maronis Bucol. Pascere oportet oues, deductum dicere carmen, Macrobius in .vi. Saturn. ita est interpretatus. Deductum, inquit, pro tenui ac subtili eleganter positum est. Sic autem & Afranius in Virgine uerbis pauculis respondit, Tristi uoce deducta, malleque se non quiesse. Dixit item apud Cornificium, Deducta mihi uoce garrienti. Sed hæc ab illo fluxerunt, quod Pöponius in Atellania, quæ Kalendæ Martiæ inscribitur, ait, Vocè deducas oportet, ut mulieris uideantur uerba. Iube modo afferatur unus, ego uocem reddam tenuem & tremulam. Et infra, Etiã nunc uocem deducam. Sed & Nonius, Deductum molle ac suaue, dicit ait. idemque uirgilianum adducit. Non enim sublimis & tanquam heroica, sed simplex eademque tenuis bucolica conditio esse consuevit. Cum autem quæ subtilia, quæue tenuia sunt laudem etiam operosioris industriæ mereantur, non negauerim etiam, deducta carmina significari grandia, culta, & maiori quodam cæstro condita. Qualia se postea, uelut in legitimo cantu, facturum pollicetur Ausonius. Eiusdemque significationis intellectum, latenti sed acri indicio, subesse in doctis operum tantorum orsis apud Ouidium Papiniumque, crediderim. Cum alter ait, Ad mea perpetuum deducite tempora carmen. Alter etiam, Sed tota iuuenem deducere Troia. Nec aliam quoque rationem fuisse arbitrandum est Manlio Germanicoque, Mundi Siderumque opus aggredientibus.

Non tibi se Liger anteferet, non Saxona præceps. Saxonam, qui sit fluuius, nusquam equidem cõperi. Aut si inueniam, priorem lectionem non mutauerim. Quæ fuit, AXONA. Eum siquidè amne esse in Remorum finibus, Cæsar in .ii. belli gallici commentario author est.

Tarbellius ibit Aturrus. Fluuium hunc, qui Tarbellos secet populos, Ptolemæus Aturium uocat. Quamquam est in grecis exempl. nunc a τῆς ἰοῦς, nunc a τῆς ἰοῦς. In epistola præterea ad Paulinum Tarbellica dixit arua, non Tarbellia. Eodemque modo Lucanus in .i. Pharsalid.

Molliter admissum claudit Tarbellicus equor . Licet sint & qui fluminis id putent nomen, & Tarbellem quoque urbem memorēt. Sed authorem desidero . Commonendum & illud , factū nescio quo fato , ut hac parte apud Lucanum, qua loca populiq; recēntur, unde milites euocari Cæsar, uersus quinq; in hanc usq; diem desiderarentur . Quos e peruetusto codice excriptos, referēdos diximus , statimq; post id carmen collocandos , Gens habitat cana pēdentes rupe Gebennas . Sunt autem hi ,

Pictonis immunis subigit sua rura , nec ultra  
In nebulis Medualle tuis marcere, percos  
Instabiles Tricoros circumsita castra coerces  
Adus, iam placida Ligeris recreatur ab unda ,  
Incluta cæsareis Menabos dissoluitur alis .

Hos autem, non aliter omnino referentes q̄ in codice ipso haberentur, & q; hic corrigendi locus non erat, legentū coniecturis discutēdos linquimus, rem facile assecuturos, si græci Strabonis lectionem cōsuluerint, libro. iiii . Locus porro hic exposcere uidetur, anteq̄ discedamus a notandis his, in quibus super amne Mosella aberrauerint opifices, ut commoneatur & illud, uirum multæ diligentia ex his alterū, qui poetæ huius uitā collegere, lapsū fide, nihil discernentem inter Mosam ac Mosellam . Cum diuersi certe amnes sint, & hic Rheno confundatur, ubi locus Confluentes cognominatur, oppidumq; Confluentia est . Mosā uero, non Oceanum, sed Volam influat, leuū eius ab Occasu aluēū . Tribus. n. præcipue Rhenus defluit, non duobus . Quorū medius breuior nomen seruet, dexter Isula uocetur . Ut uirgilianū illud, Rhenuq; bicornis, ex Aufonii potius, q̄ ex grāmaticorum ratione dictū uideatur . Cumq; uno de fonte fluas, dicere bicornis . Cuius me submo nuit Cōradus Vecerius treuir, uir summe bonus & impēse doctus.

In epistola Symmachi ad Aufonium . Atquin in tuis mensis sæpe uersatus . Alii legunt, Atcum . alii, At quoniam . Legendum credimus, ATQVI . Nam sequitur, Cum pleraq; alia, quæ tunc in precio erant . Ut eodem abusu dictum pleriq; olim uideat, Atquin, pro Atqui . quo ferme omnibus, Alioquin, pro Alioqui .

In comitatu inquam, qui frontes hominum operit, mentes tegit . Scribendū uidetur, APERIT . Cum præsertim haud aliter legatur in ea, quæ inter Symmachi epistolas habetur . Sitq; M. Tullii non ambigua æmulatio, in oratione pro CN. Planco . Etenim (inquit) si populo grata est tabella, quæ frontes hominū aperit, mentes tegit, datq; libertatem, ut quod uelint faciant, promittant autem quod rogentur, cur tu in iudicio exprimis, quod nō fit in Campo?

In alia eiusdē epistola . Roscio tamen, atq; Ambibio, cæterisq; autoribus fama nō defuit . Lego, AMBIVIO cæterisq; ACTORIBVS . Extat Ciceronis oratio pro Roscio comēdo . De quo & Plin. lib. vii . L. Ambuius Turpio in pluribus Terentii comædiarum actor memoratur . & de eo Donatus in Phormione, ac Cicero de Senectute . Vnde datur etiam intelligi, errorē esse apud Tacitū in dialogo, ac fortasse alterā coniunctionum excludēdam . Vbi ita legit . Si quis in cœna Roscii, aut Turpionis, aut Ambuii . Ut legatur, TURPIONIS AMBIVII . Est apud Columellā mentio de . M. Ambuiio . Scimus etiā . B. atq; . V. literas indifferentes in plerisq; olim atq; affines . extareque in uetustis monumentis ac lapidibus , BIXIT . CIBITAS . DANVVIVS FOROLIBIVM . VENEMERENTI .

In epistola Paulini ad Aufonium . Inq; tuum tantus nobis consensus amore est . Emenda , AMOREM . EST . Subdit enim , Quantus & in Christum .

Si cōfers fulicas cygnis, & aedona parre . Scribendum, PARAE . simplici cum liquida . Videtur autem meminisse, dū hæc scriberet, Theocriti carmen, ex edyllio quinto, quo Comatas capriarius Laconis pastorem disparem prouocationem deridet, similitimamq; ostendit, si uel philomelam pica, uel epopa cygnum prouocet . Ου θεμιτὸν λάκων ποτ' ἀνδρῶν κίονας ἐρίσθην, ἢ δ' ἔπος κύνισσι . Paulinus quidem, antithetis usus dictionibus, nō minus apte fulicas (utpote nigras) cygnis opposuit, philomelē param, dissimilitimam cantu alitem . Est enim feralis, & inauspicatę garrulitatis.

Hor. Impios paræ recinentis omen ducat. Param uocat & Plin.

Quas geminum felix Hispania tendit in æquor. Potius legerem, QVA. Vel eo quod statim subditur, Qua Betis Oceanum, Tyrrenumq; auget Iberus.

At si forte itidem quod legi, & q; sequor audes, corda pio uouisse Deo. Emendandum, AVDIS. Ut non multo post, Cum me immutatum audis.

Ad Drepanium Pacatum, de Ludo Septem Sapientum. Agnoscenda isthæc, an cognoscenda rearis. Scribo primo loco IGNOSCENDA. Attende, inquit, sit ne his danda uenia, & condonandus error, hoc est, an mala sint hæc, & occultanda. An ne bona, & legi digna. Iuuant autem id quæ deinde infert, Siue legenda, siue tegenda putes carmina, quæ dedimus. Terentius in Heautont. Et cognoscendi, & ignoscendi dabitur peccati locus. Item in Eunucho. Sed & Cicero pro Sex. Roscio amerino, & Apuleius de Deo Socratis.

Attento Drepani perlege iudicio. Extat Latini Pacati Drepanii panegyricus ad Theodosium Augustum, omnium, quos in eo genere perlegerim, elegantissimus. Et cum non heream, hunc illum esse Drepanium Pacatum, cuius iudicio, tanquam censoris doctissimi, Ludum Sapientum cognoscendum limandumque dederit Ausonius, sit ut putem, hinc submonitus, panegyricum ipsum deprauato una tantum litera authoris sui nomine nunc intelligi. Drepani, scilicet pro Drepanii. Nam, ut alibi iam diximus, in prosa quoque oratione, DREPANI scripsere Veteres, Drepanium significantes. Nunc autem ni Drepanii scriptum fuerit, Drepanus, non Drepanius, publica consuetudine, significatur. Multa concurrunt, quis coniciam, Drepanium esse hunc, & Ausonio amicissimum. Temporum uidelicet ratio. Uterque enim Theodosio Imperatore uiguit, q; patria utriusque Gallia, q; uterque Romæ munere perfunctus. Alter siquidem consul, alter proconsul fuit. Quid, q; nomine uterque italo uocatus est?

Eruditio uero utriusq; tanta, ut de linguæ, doctrinarumque cultu causam nominis plerique interpretentur. Huiusmodi certe uitæ studiorumque paritas doctissimos atque humanissimos conciliat, ac demeretur, eos uero, qui sibi solis sapere uidentur, quorumq; eruditio uestita est, hostes reddit.

Possent ego censuram lectoris ferre seueri. Libentius scribo, POSSVM. Vel eo q; sequitur, Et possum modica laude placere mihi.

Et in Ludo ipso inductus Ludius, sic ait. ἀριτον μέτρον esse dicit Lydius Cleobulus. Legendum, LINDIVS. λινδιος quippe græcum eius habet apophthegma, & ex Lindo fuisse illū, Strabo & Laertius asserunt. quanquam Duris, ex Caria.

Solon. Recte olim ineptum delphicus lusit deus, querentem quis nam primus Sapientum foret, ut in orbe tereti nomen insertum incidere. Corrigendum suspicamur, INCERTVM. nō Insertum. Quæ facillima unius literæ in alterā transitio esse potuit. Ut Concistorium, & Consilium plerunque pro Concilio, & apud Ouid. in primo Amorum, pueriliter, Non me nupsisti cōsiliante, seni, pro, CONCILIANTE.

Rogat beatum prodeā, si quem nouerim. Teleno dico, ciuē non ignobilem. Pro patria pugnans iste uitam obiecerat. Desperxit. Alium quærit. Inueni Aglaum, fines agelli patrii nunquā excesserat. Herodotus, Plutarchus, & Diogenes, non Telenum, qui beatus pro salute patriæ decernens parta gloria interierit, sed Tellum nominant. hoc est, Τέλλων. Neque secundas beatitudinis partes Aglao, sed Cleobi & Bitoni, tribuunt. Quanquam hos Lucianus in primis beatos facit, Tellum in secundis. Plinius uero Phedium eundem uocat. Porro, ipsum Aglaum Plinius, Valerius, & Solinus asserunt beatum quidem ab Oraculo Apollinis (non autem a Solone) iudicatum. Nec Cræsum, sed Gygem Lydiæ quoq; Regem, sciscitatum uenisse Pythium Apollinem, Plinius & Valerius Max.

Chilon. Lumbi sedendo, oculique spectando dolent,  
Manendo Solonem, quoad sese recipiat.  
Coniunctiuam particulam uetus lectio non habuit. Qua rursus  
exclusa, libentius etiam legerim, ASPECTANDO. Ex  
Plauto. Cuius hæc æmulatio est, in Menæhmis ita dicentis,  
Lumbi sedendo, oculi aspectando dolent,  
Manendo medicum, dum se ex opere recipiat.

Thales. Causa sed in scænam fuit mihi prodeundi, quæ duo-  
bus ante me. Atqui tres prodierant, Solon, Chilon, Cleobulus.  
TRIBVS itaque debere legi, cunctandum non uidetur. Aut  
ante Cleobulum persona eius reponenda. Talia ferme aut ocu-  
los legentium, aut cōiecturam fallunt. Nisi quis etiam, DVO-  
BVS, defendat. quoniã Chilon non prodierit, ut sibi sententiam  
assereret, sed ueluti Apollinis Delphici interpretaretur. Atque  
hinc subdiderit, Plausum non moror.

Εἴη τε πάρα τῆς ἐκείνου ἐκείνου. ecce dicimus.

Latinum id est, Sponte noxa præsto tibi est.  
Mendosum æque græcum apophthegma, ac latina eius est inter-  
pretatio. Lego itaque. εἴη τε πάρα δ' αὖτις. Ut cum superius ab  
Iudione quoque recensetur, εἴη τε πάρα δ' αὖτις. Fideiussioni damnū  
adest. Quæ sequuntur nos pudore nostro non corrigimus. sed  
ita corrigendum uideri (quousque certiora ex uetustis fortasse co-  
dicibus dabunt alii) ostendimus. Ut, ID, particula (quo-  
modo prius fuerat) amoueatur, legamusque non Sponte, sed  
SPONDENTI. Hoc modo, Latinum est, Spondenti  
noxa præsto tibi est. Nec fortasse contemnendum illud,  
Latinum id est. Sponde, noxa præsto tibi est.

Pittacus. Vester quoque comicus Terentius Rerum om-  
nium primum esse tempus autumat, Ad Antiphilam quo uene-  
rat seruus Dromo, Nullo impeditam temporis seruans uicem.  
Terentii ex fabula Heautontimorum hæc sunt,  
In tempore ad eam ueni, quod rerum omnium est primum.  
Verum, Syri uerba ea sunt, non Dromonis. Qui ad Bacchidem

uenerat, non ad Antiphilam. Lapsitasse hic, atque allucinatū  
fuisse Aufonium, facile quis dixerit. bonus & humanus non nisi  
in librarium, uitiumque temporis retorserit. Quæcunque futura  
fors est, lecturos admonere tātum, nostri esse muneris putauimus,  
quod corrigere pudoris non fuerit. illud interim non omittentes,  
uideri quidem id momenti non omnino magni. Quando neque  
hominis emendatissimi diligentia desideretur eorum, quæ obesse  
studiosis poterant, historiarum, locorum, naturæ rerum. An nō  
falsus est & ipse quoque. M. Tul. q̄ Agamēnonem pro Ulysse ret-  
tulerit? atque etiam ab. A. Gellio in errore manifesto, ac Tyroni  
(qui scriptorum eius καὶ οὐκ fuerat, incognito) deprehensus, q̄  
uersus quidam qui apud Hom. Hectoris fuissent, in latinā lin-  
guam redigens, Aiaci dederit? Quanquam est qui Cic. cōtra Gel-  
lium defendere in parte hac imperitissime cōtendit. Ne quis de-  
cipiatur, utque Gellius recenti a calūnia asseratur. M. uero Tul-  
lius uerborum ambagibus ne defendatur. exemplo suo, qui se ip-  
sum sepe corrigit atque arguit. quiq; libros aliquos iam editos, aliis  
postea scriptis, damnare non dubitarit. Nam & ad Atticum in  
secūdo Epist. scribit, Aristophanē pro Eupoli in libris suis repo-  
nat. Et in libro de Gloria abusum se proœmio, ad eundem scribit  
Atticum. xv. Epist. erratumque agnoscit suum. Sed hæc hæcte-  
nus. Fortasse uero etiã non temere, quin ea in primis ratione  
ductus, hæc miscuerit Aufonius, quam & in Monosyllabis, cum  
mentio de spoliis Opimis inciderit, rettulimus. Ut ad id refera-  
tur, q̄ poetæ fabulas interdum uariant, ac propinquitate nomi-  
num abuti solent.

Periander. Meditationem esse recte quod geras. Prior lectio,  
pro Recte, TOTVM. habuit. Idq; prorsus est, μελέτη τῆς πάσης

In catalogo urbium nobilium, De Antiochia. Illa Seleucum  
Nuncupat. in genitus auus fuit anchora signum.  
Qualis inusta solet generis nota, certa per omnem  
Nam sobolis seriem natiua cucurrit imago.  
Præterquam q̄ nullus hic intellectus sequitur, syllabarum quoque  
numerus cōqueritur. Fuit ergo quando uarie pro captu ingenii

corrigendum suspicaremur. E quibus tamen omnibus hoc unum tantum iudiciū afferre, non piguit. nihil immutantes, ac uix utiq; admonentes. Ut dū alii fortasse ex manusc. exemplarib. certiora dederint, historia ( licet fabulæ propior ) non ignoretur. & si non uerborū, rei saltem ratio constet. Videndum igitur, an legi possit, **IN . GENITIS . CUIVS** Fuit anchora signum. Vna tantum fere litera, & in affinem suam commutata. I. uide licet pro. V. in uoce, Genitus. Nam dictio, cuius, in dictionem auus, facile transferri potuit, neque additis, neque demptis literis, sed plus iusto coeuntibus. Deniq; Iustinus libro. xv. in hūc modum scribit. Seleuci & uirtus clara, & origo admirabilis fuit. Siquidē mater eius Laodice cum nupta esset Antiocho, claro inter Philippi duces uiro, uisa est sibi per quietem ex concubitu Apollinis concepisse, grauidamque factam munus concubitus annulū a Deo accepisse, cuius gemma anchora scalpta esset. Iussamq; id donum filio, quem peperisset, dare. Admirabilem fecit hunc uisum & annulus, qui postera die eiusdem scalpturæ in lecto inuentus est, & figura anchoræ, quæ in femore Seleuci nata cum ipso paruulo fuit. Quamobrem Laodice annulum Seleuco eūti cum Alex. Mag. ad persicam militiam, edocto de origine sua, dedit. Vbi post mortem Alexandri occupato regno Orientis, urbem cōdidit. Ibique geminæ originis memoriam consecrauit. Nam & urbem, ex Antiochi patris nomine, Antiochiam uocauit, & campos uicinos urbi Apollini dedicauit. Originis eius argumētum etiam posteris mansit. Siquidē filii nepotesque eius anchoram in femore, ueluti notam generis naturalem, habuere. Hactenus ille. Quæ eo libentius huc transtulimus, q̄ his præcipue, quæ nouissima sunt, emendatio nostra continetur.

De Treueri. Imperiique uiros q̄ alit, q̄ uestit, & armat. Vetus lectio fuit, **IMPERII . VIRES**. Atque ita prorsus relegendum est. Non enim uideo, quo pacto addere librarii & immutare eam potuerint, quæ fuerit elegantissima. Nec probatione assequi hoc necesse est, sed coniectura.

Nec Capuam pelago, cultu, penuque potentem. **QVE**

coniunctione subeunte, captus pede uersus sustentandus forte fuerit, in hunc modum, **CVLTVQVE**, penuque potentem. Penu enim primam corripit.

De Aquileia. Extremo q̄ te sub tempore legit, Soluerit exacti cui iusta piacula belli Maximus, armigeri quondam sub nomine lixæ. Rectius, **SOLVERET**. Maximus enim ( quem Aufonius, desiderio perempti Gratiani, britannicum latronem uocat, atq; execratur ) uir fuit, ut in historiis relatum est, strenuus & probus, atq; Augusto dignus, nisi contra sacramenti fidem per tyrannidē emerisset. In Britānia ab exercitu Imperator creatus in Galliam transit. Vbi Gratianum subita emersione perterritum, atq; in Italiam transire meditantem, dolis circūuentum interfecit. Fratremq; Valētinianum Aug. Italia expulit. Qui in Orientem cōfugiens, a Theodosio susceptus, impero mox restitutus est. Aquileiæ tum Maximus uictoriæ suæ spectator infederat, cum Theodosius Alpes transgressus, atque Aquileiam improuisus adueniens, hostem illum iam immanissimis etiam formidatum, clausit, cepit, occidit. Huius facti memoriam longa etiam elocutione tractauit Latinus Pacatus Drepanius in panegyrico ad Theodosium. Cuius etiam illa sunt, quæ Aufonii locum hunc aperiant. An sustinere ( inquit ) te coram, & solum oculorum tuorum ferre coniectū ille quondam domus tuæ negligentissimus uernula, mensularūq; seruilium statarius lixa, potuisset? Factum præterea euentu memorabili, ut Imperatores duos reip. Ro. hostes pariter iudicatos, ac fere cognomines, Maximum uidelicet hunc, & Maximinum Maximini patrem, clara urbs Aquileia, publica omnium letitia punierit. Cuius illa etiam in Maximini Senioris cēdē fides celebratur, q̄ cum ad intendendos arcus nerui defecissent, e mulierum crinibus confecti funes sint. Cui simile facinus olim Vrbe a Gallis occupata, obsessisq; in Capitolio ciuibus, matronarū decus auxit. Vnde etiam Caluæ Veneris simulachrum.

Prode duplex Arelas, quam Narbo Martius, & quam Accolitalpinis opulenta Vienna colonis,

Præcipitis Rhodani sic intercisa fluentis,  
 Ut mediam facias nauali ponte plateam.  
 Quæ fuerat inscriptio, DE . ARLETENSI . VRBE  
 alia mox facta est, quæ circūfertur, DE . VIENNA . Ma-  
 gno errore, & qui uicinis inter se duabus urbibus Galliarum flo-  
 rentissimis dissidii bellorumq; causa impia esse possit. Dum lau-  
 dis sibi altera præconium uendicare, altera tueri studebit. Quod  
 si de Vienna intellectum hic existimauerint, cum opulentissimā  
 fuisse eam Mela quoq; scripserit, q; constet, hodie flumen Rho-  
 danum non mediam intercideret Arelatem, sed prope fluere. me-  
 minerint, tantundem fere a Vienna procul delabi, & Strabonem  
 tradere, oppidum emporiumq; non paruum Arelatem. Ea . n.  
 est apud Auf. Arelas, quæ a uernaculis Arles dicitur, Arelate a Pom-  
 ponio, Strabone, Plinio, Tranquillo, Marcellino: Arelatum a  
 Ptolemæo. Ab Antonino utrunq; nisi mendum sit in codicibus.  
 Aut igitur emendari conuenit, DE . ARELATENSI  
 VRBE . Nam ab Arelate, arelatensis fit etiam Symmacho, ac  
 Sydonio, sed & Plinio . Vel (quod placet magis) simpliciter,  
 DE . ARELATE . Quo tenore cæteras Catalogi eius om-  
 nes inscripsit. Et ut probationis tota semel ambiguitas tollatur,  
 in epistola ad Paulinum idem prorsus de Arelate inueniēt, qui di-  
 ligentiores corrigendis eius locis esse uelint.  
 Utque duplex Arelas alpinæ tecta Viennæ,  
 Narbonemque pari spatio sibi conserit.  
 Ut ne quis nō posthac reformidet, authori manum iniicere. Pen-  
 sitandū uero non nihil & illud, q; nuper in parte codicis nō asper-  
 nandæ uetustatis, hæc ipsa ita legimus,  
 Pande duplex Arelate tuos blanda hospita portus,  
 Gallula Roma Arelas . Quam Narbo Martius, & quam  
 Accolit alpinis opulenta Vienna colonis .  
 Quibus omnis series, nutans alioqui & subagrestis antea, regitur  
 ac mitescit . Proximeque accedit Claudii Rutilii æmulatio, Vr-  
 bem Romam alloquentis,  
 Pande precor gemino placatum Castore portum,  
 Temperet æquoream dux Cytherea uiam.  
 Ita enim ex uetusto codice legimus . Portum autem Ostiensem

intelligimus. Cuius immania uestigia adhuc uidentur. Iuuat id  
 quod sequitur, Cunctamur tentare salum, portuque sedemus .  
 Sed & illud,

Tum demum ad naues gradior, qua fronte bicorni

Diuiduus Tiberis dexterora secat.

Læuus inaccessis fluuius uitatur harenis .

Hospitis Aenæ gloria sola manet .

Quod ipsum sane intelligi, nullum est negocium his, qui loca ui-  
 derint, ac maroniani saltem carminis obliti non fuerint,

Atq; hic Aeneas ingentem ex æquore lucum

Prospicit. Hunc inter fluuius tiberinus amæno,

Vorticibus rapidis, & multa flauus harena,

In mare prorumpit .

Error est itaque in uulgatis, ac nuper luci redditus Rutilii uolumi-  
 nibus, in quibus Pontum legitur. Quin & uniuersum opusculū  
 mendis scæter. Quarum & nos supra sexaginta deprehendimus,  
 sed hanc unā ex insignioribus, q; uersus defunt quattuor, ante sexa-  
 gesimū sextū a fine primi libri. Quos fuerit operepretiū referre,

Hic oblata mihi sancti genitoris imago,

Pisani proprio quam posuere foro .

Laudibus amissi cogor lachrymare parentis,

Fluxerunt madidis gaudia mœsta genis .

In ea quoque inscriptione, quæ statim sequitur, De Emerita &  
 Tarracone urbib. erratum crediderim. Nec aliā his carminibus  
 celebrari, q̄ Emeritam, ut credamus, negationes illæ duæ in uer-  
 su penultimo faciunt. Nisi uel mendum hic, uel defectus fuerit.

De Athenis . Nunc & terrigenis patribus memoremus  
 Athenas . Legitur &, Troiugenis . Quæ propior lectio. Sed  
 altera, non sine quadā gratiola, remotior. Siue ad Rom. siue ad  
 Athenienses referatur. Constat enim Romanos a Troianis, unde  
 genus duxerint, Troiugenas nuncupatos. Vti uel a Iuuenale nō  
 semel dicitur, & Syllio. Qui etiam nūc dardanos, nunc laome-  
 dontiadas, & teucros, & troianos, appellat. Sed quod ad  
 Terrigenas attinet, Liuius in primo ab Vrbe condita, sic ait,

Ne uana Urbis magnitudo esset, adiciendæ multitudinis causa (ueteri consilio condentium urbes, qui obscuram atque humilem conciendo ad se multitudinem, natam e terra sibi prolem mentiebantur) locus, qui nunc septus densis sentibus, inter duos lucos est, asylum aperit. Eo ex finitimis populis turba omnis, sine discrimine liber an seruus esset, auida nouarum rerum perfugit. Idque primum ad cœptam magnitudinem roboris fuit. Hinc & a Floro dictum uidetur in primo bello punico, Ille rudis, ille pastorius populus, uereq; terrester. Neq; etiam sum nescius, terræ filios haberi solitos ignobiles, & quorum origo nesciretur. In quâ tamen sententiam dictum ab Ouidio non putauerim, quod alii tradiderunt, Iuppiter e terra genitam mentitur, ut author desinat inquiri. Neq; n. par erat, Iouem ipsum ignorare, quibus Iō parentibus orta foret. Quin eam terræ prorsus genuinam credi a morosa, importuna, atque incommoda Iunone uoluit. Ut omnem, si fieri posset, ulterius garrindi obtundendiq; materiam eriperet perscrutatur, præ zelotypia muliebriq; ingenio, etiam quæ Mundus ipse non capiat. Si quis autem, Terrigenis patribus, in Atheniensium gratiam, interpretandum putet (quod minus satisfacit) præsto sunt Plato in Menexeno, Lucian. in Philopseude, Iustinus libro. ii. Censorinus de Natali die, Apul. in Metamor. Iosephus de Antiq. Terrâ enim Atticam hominem primo genuisse, commenti sunt. neq; ex aduētitiâ passimq; collecta populi colluue, sed Terrigenas Athenienses esse, eosq; Autochthonas uocitari. In cuius originis argumentum, patria consuetudine, cicadas in seriem aureas capite gestabant. Quod & Thucidides tetigit inter operis initia, & Virg. quoq; in Ciri, Ritu mopsopio tereti nectebat dente cicadæ. Id autem insectorum genus quomodo e terra proueniat, præter Aristotelem, Plato transeunter, breuiterque in Symposio indicat. In terram (inquit) spargentes semina, cicadarum instar, concipiēbant, atque generabant.

Pallados & Cossi quondam certaminis arcem. Non nulli codices, insigniori mendæ indole, habēt, Cessi. Scribo, CONSI. hoc est Neptunni. Nota est Neptunni ac Mineruæ contentio, uter eorū Athenis imponēdi nominis author fieret. Tū Consum,

quius sint solennes Iudi Hippocratia, nostris uero Consualia uocati, consiliorum extitisse Deum, Pompeius Seruiusq; asserunt, & eundem esse cum Equestri, siue Equite Neprunno, plures arbitrantur. Fuere autem & qui diuersum hunc Equestrem a marino Iouis fratre, suspicari non desierint. Sed Diodorus inter ceteros asseuerat, Neptunnum primum ea quæ ad nauigandum pertinent inuenisse, a Saturno huiusmodi rebus præfectum. & primum equum domuisse, ac præcepta equestris artis præbuisse. ex eoque Hippium appellatum. Authoritatem quorum fidemq; sequutus Auf. etiam in Monosyllabis dixit, Tum Iouis & Cons Germanus tartareus Dis. Atque alibi, Cœnea conuertit proles saturnia Consus. Eum ubique Consum nominans, quem equorū domitorem, & marinum pariter agnoscebat.

Quis Catinam sileat? quis quadruplices Syraculas?  
Hanc ambustorum fratrum pietate celebrem.  
Illam, complexam miracula fontis, & amnis.  
Ex Strabone, libro quinto, nō Quadruplices legēdum uidebatur, sed Quincuplices. q̄ πενταπλις olim fuerit. Diodorus tamen historicus πενταπλις fuisse eam, scribit. Complexas porro Syraculas miracula Arcthusæ fontis, & Alpei amnis, eiq; fonti apud urbem ipsam immiscere sese, incorruptum subter tot maria delatum, fluuium (quod Strabo fabulosum putat) Aristoteles in Naturæ admirandis, & Mela Pomp. sunt authores. Ouid. uero. v. Metamorphoseos, & Maro, in Ortygia. Loci, puto, uicinitas uariare rem scriptoribus indulserit. Spectant enim Syracusæ infulam Ortygiam, uicinæq; sunt adeo, ut ponte iungantur. Nobilem præterea filiorum in parentes pietatem Catinæ perspectam, eum Strabone quoq; cōuenit. Qui ipsos filios, Amphinomum & Anapiam, hoc est ἄν Ἀμφινόμου, καὶ τὸν Ἀναπίαν nominat. Claudia nus uero Onapium alterum, non Anapiam.

Cur non Amphinomo, Cur non tibi fortis Onapi,

Aeternum siculus templa dicauit honos?  
Nisi uideatur emendandum, ANAPI. Ut sit tam Anapius, q̄ Anapias. Quomodo & apud Val. libro quinto, reponendum arbitror, Notiora sunt, inquit, fratrum paria, Cleobis & Biton,



Amphinomus & Anapus. Aristoteles fuisse quosdam senes, tradidit. eosque, uel adolentes, uel ciuitatem ipsam nomine non explicat. Syllius urbem tantum, Tum Catinae nimium ardenti uicina Typhoeo, Et generasse pios quosdam celeberrima fratres. Virgilius, quo opusculo Aetnam canit, hanc eandem, quantum uideo, historiam inseruit. Sed ciuitatis nomen tacuit, alterumque tantum filiorum, sed Amphionem nominat. Amphion fraterque pari sub munere fortes. Cum sit (ut opinor) legendum, AMPHINOMVS, Fraterque pari sub munere fortes. Paucis literis ob nominis similitudinem interceptis. Vnde multiplex interpretum allucinatio.

De Burdegala. Vtque caput Mundi Roma incluta, sic capite isto Burdegala ancipiti confirmet uertice sedem. NVMERI, id est carminis, ut antea legebatur, non Mundi, relegendum est. Alioqui intellectus omnis facile corrumpetur. Quo colligitur, Burdegalam (quae nunc utique Vasconiae caput est) postremo loco rettulisse, ut celebritate sua non minus Vrbe Roma censeatur. Quam cum primam constituerit in numero, Burdegalam in infimo, caput & haec sortita loci uideatur. Ut primus locus, ac nouissimus capita utrinque habeantur. Atque hoc pacto anceps uertex dubiam etiam poetae sedem, domiciliumque representet, ac testetur. Qui in altera natus, in altera exceptus est, ac floruit. Vtranque dilexit, celebrauitque, honoribus in utraque functus fuit.

Epicuri sententia, earum prima, quas cyriadoxas appellant, ita breuibus perstringitur, Quid est beatum? morte & aeternum carens, Nec sibi parit negocium, nec alteri. Scribendum uero, QVOD, non, Quid. Quandoquidem non, quid beatum sit, percontatur. Sed quod beatum, aeternum, atque immortale est, nemini negocium exhibere, ostendit. Coniicitur id autem ex his maxime, quae a M. Tullio in primo de Natura Deorum dicta sunt. Hanc igitur habemus, ut Deos

beatos & immortales putemus. Quae n. nobis naturam informationem deorum ipsorum dedit, eadem insculpsit in mentibus, ut eos aeternos & beatos haberemus. Quod si ita est, uere exposita illa sententia est ab Epicuro, Quod aeternum beatumque sit, id nec habere ipsum negocii quicquam, nec exhibere alteri. Itaque neque ira, neque gratia teneri. quodque talia essent, imbecilla esse omnia. Nec multo item post, hoc ipso libro ferme eadem. Fitque etiam opinionis eius mentio in tertio Officiorum. Rettulit & *κρίαν* hanc Epicuri *δύα*, Laertius, & Firmianus.

In Didonis imaginem. Non furor, aut laesos crudus amore dolor. Legendum, LAESO. Ne si uel laesus placeat (ut est in codicibus uulgaribus) figura *ομοιοτέλευται* cadat hic incongrue. Etenim exprimere id uoluit, quod dictum a Marone est libro quinto, Durri magno sed amore dolores polluto. Ausonius quidem rem exornans, ut ingenium dexteritasque eius fuit, graeco epigrammati, unde suum finxit, hunc uersum cum exámetro, & annexos statim duos, ac quattuor ultimos adiecit.

In Faustulum. Quid rides improbe liber, Quod cecidi? Cecidit non aliter Phaeton. Lucillii tetrastichon est *εὐλεπτοῦς*. Quo admoniti, LIVOR id est Inuidia, emendandum putamus, non, Liber. Menestratus enim quidam formicam, tanquam elephantum, obequitans, & infelix e uestigio supinus prostratus fuerit, fingitur. A qua etiam calcitratus, ut primum respiciuit, utque primum loqui posse cepit, o Inuidia, inquit, sic obequitans cecidit etiam Phaeton. Epigramma ipsum, non intempestiuum fuerit, ascribere.

*Ἰωάννη μύρακι Μενεστράτος ὡς ἐλέφαντι,  
δύσμορος ἐλαπίνης ὑπὸ τοῦ ἐξείδου.  
λακτιθεὶς δ' ὡς εἶχε τὸ κάριον, ὃ φέρεται φρονί.  
οὕτως ἰωάννην ἔλετο ἐφαίδου.*

Neque uero frustra, aut frigidiusculo fabulandi genere, fictum graecis, relatumque Ausonio epigramma, crediderim. Sed ad exprimendum ingenium inuidi, ingeniumque iactantis. Hi, n. inuidorum solent esse mores, ut quae bene gesseris, pilo (quod dicitur)

intra ouum inuento, dānare non dubitent. In quibus peccaueris, insultantes ac iam demum læti, ridentisque, traducant, nec nisi reum peragant. Iactabundi autē fortia facinora mentiuntur (unde & in fabulis gloriosi milites) aliena sibi arrogant, & tam in augendis extollendisque uiribus effusiores sunt, q̄ in amolienda debilitate, cum aliquo præstantiorum exemplo, ingeniosi promptiq̄. Quod hic facere, Faustulus inducitur.

In Medæ imaginem. Cunctantem satis est. Indigna est sanguine mater natorum, tua non dextera Timomache, Contrarium omnino dicitur, q̄ uel suscepto argumēto respondeat, uel byzantius dixerit Antiphilus in epigrammate, unde trāstulit hoc ipsum Aufonius. Sunt uero plura apud græcos in Medeam hanc Timomachi celeberrimam, & quā una cum Aiācis altera tabula Cæsar octingentis talentis emerit, in templo Veneris Genitricis dicaturus. Antiphilus itaq̄ ait, Natorum sanguis decebat Medeam, & non manum Timomachi. Digna sane uideatur illa filiorum sanguine, nō q̄ mater esset, uerum q̄ Medea, q̄ barbara, exlex, ferox, inuicta, uenefica, inq̄ scelera & gentis uitio & suo procliuis. Neq̄ fomentum illud etiam incensæ furis leue, q̄ amatrix, q̄ contempta. Notum enim est, furens fœmina quid possit, & quod Archias ait, ζήλος ἐπεὶ μανίης μείζον κακόν. Contra, Timomachum (utpote uirum, atq̄ eius nationis, cuius semper fuerint exempla mitia, mores hospitales, disciplinæ institutaque præclara) ne pingentem quidem sanguis, etiam externorum, decebat. Rem ergo iam tenemus ipsam. Verba autem ut congruant, ita sint fortasse corrigenda, CONDIGNA Est sanguine mater natorum. Vel, NAM. DIGNA Est sanguine mater natorum. Græca siquidem hæc habentur, αἷμα δὲ τέκνων ἔπεσσε Μηδίων, καὶ χερὶ Τιμομάχῃ. Apud Anneum Senecam, Thyestes Aegisthum, trepide cædem Agamemnonis aggredientem, ita animat, An deceat hoc te respice, at matrem decet. Sed sit arbitrator nec in iocundū nec ab re ipsuz quoq̄ epigramma rettulisse. Id. n. quod in adoptiuo est, TIMOMACHI. MENS, in legitimo Τιμομάχῃ χεῖρ. Quod cum eo uidebat concinere, Tua non dextera Timomache.

Sed & alia quædam. Quæ cum uerti commode non possint, togæq̄ amiciri, digna sunt, quæ in suo pallio considerentur.

πάν ὁλοῦν Μηδίασ' ὅτ' ἔγραφε Τιμομάχῃ χεῖρ,  
ζήλωσ' καὶ πικρῶν ἀντιμεθελομένων,  
μυρίων ἀρατο μόχθον, ἢ ἕδρα διοσά χαράζῃ.  
ὣν ᾧ μὲν δὲ σὺ γὰρ νεύε, ᾧ δ' εἰς ἔλεον.  
ἀμφοδ' ἐπλήρωσεν. ὄρα τῦπον. ἐν γὰρ ἀπειλῇ,  
δ' ἀκροῦν. ἐν δ' ἐλίφ, θυμὸς ἀναστρέφεται.  
ἀρκεῖ δ' ἀμέλλουσιν, ἔφασσορός. αἷμα δὲ τέκνων  
ἔπεσσε Μηδίων, καὶ χερὶ Τιμομάχῃ.

In eandem Medæ imaginem. Nanque tui mens, Creta tenax cæli concipit immodicam. Legendum, CRETA. TENAX. ZELI. non Cæli, neque Geli. Ut immodicā zeli Medeam intelligamus, non aliter q̄ immodicum iræ Tydea, apud Papiniū. Liuius, Fore ut postmodū gaudeant se iræ moderatos. Locus enim, qui tractatur, habet, σὺν γὰρ ἀμείτρω ζήλων. Illud autē, Nanq̄ tui mens, coniectari licet, aut reponendum, Nanq̄ tui AMENS. Aut, Nanq̄ TVMENTIS. Horatius, Meū feruens difficili bile tumet iecur. Huius autē emendationis author mihi fuit Hieronymus Aleāder, uir non modo inter græcarū literarū duces (quarum expertibus in Latina Rep. nec assurgitur, nec muneribus ceditur) sed in hebreorum quoq̄ facultate peritissimus. Referendum autem & hic Philippi epigramma. Plura siquidem uel exclusit Aufonius, uel addidit. ut inter cætera uersus postremo loco duos. Vel loco mouit, uel diuersa rettulit. ut Creta, pro Cera. Nisi quis, CERA corrigat, utiq̄ græcū ipsum planius representādo. Alioqui scimus ex Vitruuio ac Plinio, quo pacto resoluta, inductaque cera pingi fuerit excogitatum. Qui ue etiam colores creta, uel per se nata consent, uel infecta comparentur, eximanturque. Hinc Aufonio dictum alibi, Bissula nec ceris, nec fucō imitabilis ullo.

Τίς σὺ κοιλίῃς ἀθεσμε συνέγραψεν εἰκόνη θυμῶν;  
τίς ἐν ἐισόδῳ βαρβαρῶν εἰργάσατο;  
αὐτὴ γὰρ διττὰς βρεφῶν φύγον. ἢ τίς Ἰέσον  
δύππερος, ἢ γλαυκὴ, τίς πάλι σοὶ πρόσφασίς;  
ἔρεε καὶ ἐν κρηρῷ παιδοκτόνε. σὺν γὰρ ἀμείτρω  
ζήλων εἰς ἀβέλει; καὶ γραφίς αἰθάλας.

Est operæpretium nunc ædere, qui Ausonii poetæ scetus, Maronis titulum mentiti, parentē suum tot antea sæculis ignorarint. Par est enim, ut qui suppositicia non perinde excluderimus, ut expellerentur, quæ ut dominis uelut fugitiua mancipia remitterentur, etiam deperdita diuque errantia, suis agnitis, recipienda redimendaque uicissim ostendamus. Pleraque igitur opuscula, quæ Virgilio, conspiratione omnium, ascribuntur, epigramma uidelicet, de Aetatibus animalium, Vir bonus, Est & non, cui græca etiam inscriptio, *ἄνθρωπος καὶ ζῷον*, Ausonii iusus esse, non Virgilii, fragmenta quedam Longobardorum quandoque characteribus fidem faciunt. Quorum inspiciendi, sed & inuulgandi, publicandique mihi facultatē fecit Hieronymus idem Alexander. Non sum autem nescius, quæ frequenter fluxa fragilibusque uetustiorum quoque codicum sit autoritas, quamque circumspectum, antea quam licere quisquam sibi putet in commutandis præstantissimorum monimentis, cum sit plerumque inueteratæ iam opinionis tanta uis, ut contra Naturam stare uideatur, qui pro ueritate decernat. Accedit itaque probationis illa etiam ratio, quæ carminis structuræ, mansiones, numeri, colores, dicendi figuræ, liniamenta, uerborumque iuncturæ ita coeunt, ita diffunduntur, ita concitantur aut fluunt, ita cætera poetæ huius opera quandoque referunt, amiceque coniurant, ut Ausonii ea esse uix commonitus, qui non sit hispidis omnino auribus, arripiat. Quid, quæ uel opusculum, cui titulus Rosæ, quodque supradictis iunctim legitur, ex quibusdam exemplaribus, Ausonii eiusdem, non Maronis perhibetur? Notum præterea est, quæ uatum maximo tribuenda opera, Seruius opinetur, quantumque in termino quotidie obscuræ coniectationis occurrat, an is Priapeii carminis, aliorumque non nullorum epigrammatum putandus sit author. Sed & nos in uetusto codice Vaticanæ bibl. quo & Macrobii Saturnalium dimidiatus liber, & Vegetius continentur, choriambicum asclepiadeum de Fortuna non ad Virgilium, sed ad Cælium Firminianum Simphosium relatum inuenimus. Neque uero solum epigramma ipsum de Aetatibus animalium inscriptione authoris non sui legebatur, uerum etiam septem uersibus conscissum, atque mancum.

Ter binos deciesque nouem super exit in annos

Iusta senescantum quos implet uita uirorum.  
 Hos nouies superat uiuendo garrula cornix.  
 Et quater egreditur cornicis sæcula ceruus.  
 Alipedem ceruum ter uincit coruus. & illum  
 Multiplicat nouies phœnix reparabilis ales.  
 Quam nos perpetuo decies præuertimus æuo  
 Nymphæ amadryades, quarum longissima uita est.  
 Hæc cohibet finis uiuacia fata animantum.  
 Cætera secreti nouit Deus arbiter æui.  
 Tempora quæ Stilbon uoluit, quæ sæcula Phœton,  
 Quos Pyrois habeat, quos Iuppiter igne benigno  
 Circuitus, quali properet Venus alma recursum,  
 Qui Phœben, quanti maneat Titana labores.  
 Donec consumpto, magnus qui dicitur, anno,  
 Rursus in antiquum ueniant uaga sidera cursum.  
 Qualia dispositi steterant ab origine Mundi.  
 Reuertantur igitur hi, quorum contentio est, in lares patrios uelut postliminii iure, libereque campo gradientur ausonio, non quidem libertate aliqua donandi, neque enim seruitute ulla pressæ æstimandi sunt, quibus sub tanto famulatu uix minima capitis diminutio contigerit. Reliquum denique uidetur, ut commemoratur & illud, superesse in fragmentis iisdem Hectoris epitaphium quod tale est,  
 Hectoris hic tumulus, cum quo sua Troia sepulta est.  
 Conduntur pariter, qui periire simul. Et præterea  
 Poetæ uitam, carmine a se collectam. Tum uel elegidion percelebre, quod cum de Palatio post multos annos honoratissimus (quippe iam consul) rediisset in patriam, uillulam, quam pater liquerat, introgressus uersibus luserit. Id autem, scio, protinus authoris sui gratiam perinde atque ingenium sub ancipiti æstimantium libra nullo pacto relicturum. Quod est autem super uitæ meritum testimonio, cum sæpe doctis translationum argutisque figurarum modulis ab ausoniana phrasi non abhorreat, contingit tamen, ut uix quandoque dignum eius ingenio anxiamque eruditione, facile appareat, præsertim his, qui ei sæculo immitia plerumque aut duriuscula condonandum non putent. Neque fieri non potuit, ut excribentium

dormitatione quædã fuerint inuerſa, quodq; eſt deteſtabilius, addi  
 ta. Nam præter ea, quæ nos emédauimus, multa etiã concretis di  
 ctionibus, peruerſeq; nexilibus cõfuſa, egre oculis perlegas. Vt &  
 imperitũ antiquariũ, aut quẽ uis deniq; amanuenſem præſeferant,  
 Auſonius genitor nobis. Ego nomine eodem,  
 Qui ſim, qua ſecta, ſtirpe, lare, & patria,  
 Aſcripſi. ut noſſes bone uir quicumque fuiſſes,  
 Et notum memori me coleres animo.  
 Vaſſates patria eſt patri, gens edua matri.  
 De patre terbellus, ſed genitrix abaquis.  
 Ipſe ego Burdigalæ genitus, diuiſa per urbes  
 Quattuor antiquas ſtirpis origo meæ.  
 Sed redeo ad ſeriem. Genitor ſtudiuit medicinæ,  
 Diſciplinæ quæ dedit una Deum.  
 Nos ad grammaticen ſtadium conuertimus, & mox  
 Rhetorices etiam quod ſatis attigimus.  
 Nec fora non celebrata mihi, ſed cura docendi  
 Cultior, & nomen grammatici merui.  
 Exactiſque dehinc per trina decennia Faſtis,  
 Aſſerui doctor municipalem operam.  
 Aurea & Auguſti Palatia iuſſus adire,  
 Auguſtam ſubolem grammaticus docui.  
 Mox etiam rhetor. nec enim fiducia nobis  
 Vana, aut non ſolidi gloria iudicii.  
 Cedo tamen fuerint fama potiore magiſtri,  
 Dum nulli fuerit diſcipulus melior.  
 Alcides Atlantis, & Aeacides Chironis,  
 Pene Ioue iſte fatuſ, filius ille Iouis,  
 Theſſaliam Thebaſque ſuos habuere penates,  
 At meus hic toto regnat in Orbe ſuo.  
 Cuius ego comes, & quæſtor, & culmen honorum  
 Præſectus Gallis, & Lybiæ, & Latio.  
 Et prior indeptus falces, latiamque curulem,  
 Conſul, collega poſteriore, fui.  
 Morigeræ uxoris, uirtus cui contigit omnis,  
 Fama pudicitia, lanificæque manus,

Coniugiiq; fides, & natos cura regendi,  
 Et grauitas comis, lætaq; ſerietas.  
 Pulcher honore oris, tranquillo pectore comis,  
 Facundo ciuis maior ab ingenio,  
 Noſci inter primos cupiens, prior eſſe recufans,  
 Ipſe tuo uiuens ſegregas arbitrio.  
 Nullo felle tibi mens liuida, tum ſale multo  
 Lingua dicax, blandis & ſine lite iocis.  
 Menſa nitens, quam non cenſoria regula culpet,  
 Nec nolit Frugi Piſo uocare ſuam.  
 Comis conuiuiſ, nunquam inſclamare clientes,  
 Ad ſuulos nunquam triſtia uerba loqui,  
 Grãmaticæ ad Scaurũ, atq; Probum promptiſſime rhetor.  
 Hiſtoriam callens Liuii, & Herodoti.  
 Omnis doctrinæ ratio tibi cognita, quantam  
 Condit ſexcentis Varro uoluminibus.  
 Aurea mens, uox ſuada tibi, tum ſermo quietus,  
 Nec cunctator erat, nec properator erat.  
 Pulchra ſenectæ, nitens habitus, procul ira, doluſque.  
 Et placidæ ſinis congrua meta tibi.  
 Commode, læte, benigne, abſtemie, tam bone dandis  
 Semper conſiliis, quam taciturne datis.  
 Ergo, qui noſtræ legis ocia triſtia chartæ,  
 Eloquium ne tu quære, ſed officium.  
 Quod claris doctiſque uiris pia cura parentat,  
 Dum decus egregiæ commeminit patriæ.

Villulam, quam pater liquerat,  
 alloquitur.

Salue herediolum, Maiorum regna meorum,  
 Quod proauus, quod auus, quod pater excoluit,  
 Quod mihi iam ſenior properata morte relinquit.  
 Heheu nolueram tam cito poſſe frui.  
 Iuſta quidem ſeries patri ſucceſſere. Verum  
 Eſſe ſimul dominos, gratior ordo piis.

MARIANG. ACCVR.

Nunc labor et curæ, mea sunt. sola ante uoluptas  
 Partibus in nostris, cætera patris erant.  
 Paruum herediolum, fateor. Sed nulla fuit res  
 Parua unquam æquanimis, adde etiam, unanims.  
 Ex animo rem stare, æquum puto. non animum, ex re.  
 Cuncta cupit Cræsus, Diogenes nihilum.  
 Spargit Aristippus mediis in syrtibus aurum.  
 Aurea non satis est lydia terra Midæ.  
 Cui nullus finis cupiendi, nullus habendi.  
 Ille opibus modus est, quem statuas animo.  
 Verum ager iste meus quantus sit nosce, ut & iam me  
 Noueris, & noris te quoque, si potis es.  
 Quamquam difficile est, se noscere, γινώσκω σὲ αὐτὸν,  
 Quam prope legimus, tam cito negligimus.  
 Agri bis centum colo iugera. Vineæ centum  
 Iugeribus colitur, prataque dimidium.  
 Silua supra duplum, q̄ prata, & uinea, & aruum.  
 Cultor agri nobis nec superest, nec abest.  
 Fons propter, puteusque breuis, tum purus & amnis  
 Nauiger, hic refluus me uehit, ac reuehit.  
 Conduntur fructus geminum mihi semper in annum.  
 Cui non longa penus, huic quoque prompta fames.  
 Hæc mihi nō procul urbe sita est, nec procul ad urbem.  
 Ne patiar turbas, utque bonis potiar.  
 Et quoties mutare locum fastidia cogunt,  
 Transeo, & alternis rure uel urbe fruor.

DIATRIBAE

IN . C . IYL . SOLINI

POLYHISTORA

E Herculis facello, Romæ in Foro Boario, olim  
 & muscis, & canibus inaccessio. Cum uiscer-  
 rationem sacrificii litaret, Myagrū Deum dicitur  
 imprecatus. Vetus lectio excusorum iam,  
 pridem uoluminum, quibusque recentiores isti  
 corruptiores sæpenumero deprehenduntur, ali-  
 quanto emendatius, ita habent. CVM uiscerationem sacrifico-  
 lis daret. Cæterum, ex plerisque manuscriptis, emendandum,  
 CVM uiscerationē SACRICOLIS daret, Myagrū deum  
 dicitur imprecatus. Quamquam non dissimulauerim, in codice  
 uno Vaticanæ bibliot. non Myagrū, sed MYARCHVM  
 inueniri, muscarum principem. Compositione sane nec remota,  
 nec illegitima.

Myagros

Myarchus

Nec multo post, de natali Urbis Romæ. Ioue in Piscibus,  
 Saturno, Venere, Marte, Mercurio in Scorpione, Sole in Tau-  
 ro, Luna in Libra constitutis. Eadē quæ Solinus, Sempronius  
 quoq; de diuisione Italiæ & origine Urbis, memoriæ tradidit. Ture  
 uero male audiat uterque, si uel Tarrutium ducem quilibet egregiū  
 sequutus, nulla mathecos ulteriore cura, siderum etiam primor-  
 dia Urbis Romæ inuiderit. Constat enim ex Plin. Cic. Marcia-  
 no, Ptol. cæterisque, Venerem nunquam a Sole duorum signorū  
 interuallo longius discedere, tum antecedentem, tum subsequen-  
 tem. Mercurium uero nec longius unius, tum anteuertentem,  
 tum subsequentem, etiam si illam modo sex & xl. partibus gra-  
 dibusue, modo, xlvii. aberrare sit traditum, hunc autem uiginti,  
 aut duobus & uiginti, sed & xxvii. & xxviii. Hinc dictū Fir-  
 mico, Vos etiā fidi Solis comites Mercuri & Venus. Ex Cicerone  
 uidelicet. Qui in somnio Scipionis ait, Hunc ut comites conse-  
 quuntur, alter Veneris, alter Mercurii cursus. Quæ ratio est, ut  
 Mercurius is perraro nostris occurrat obtutibus, neque facile, qui  
 eum uiderit, quique oculorum acie notarit, inuenias. Cæterum

sempronius

esse uoluntate sua

ne unquam stigma scriptoribus, talia libantibus, incutiatur, omni cum humanioris uerecundia sine laborandum. Nos enim in perueri Vatic. bibl. uolumine, hæc ita scripta seruari etiam num inuenimus, IOVE, IN Piscibus, Saturno in Geminis, Venere in Virgine, Marte in Capricorno, Mercurio in Scorpione, Sole in Tauro, Luna in Libra constitutis. Quæ si non ex asse aue L. Tarrutii, aut ueritatis deniq; heredem Polyhystora constituant, certe non abdicatū bonis ipsis contestentur, uel eoq; cum duplex uariumq; iam non unis scriptum tabulis id extet, de notariorum fide, q̄ heredis incuria sit constantius addubitandum.

Hominem exiuit. Maior exemplarium numerus non Exiuit, sed Exiuit, adhuc retinet. Quod & sequendum potius quibusdam placet. EXIUIT autē, Prisciani testimonio custodiendū uidetur. Qui in primo libro hæc eadē citat ex Solino in Collectaneis, uel Polyhystore. Nisi sit in cod. mendum. Vix enim credibile est, eius quoque temporibus de Solini titulo dubitatū. Quem cum antea Collectanea esse placuisset, breui epistola, uera mox editione, Polyhystorem denunciavit.

Ille ergo annus solus trecetos, XL. IIII. dies habuit. Macrobius. CCCC. XLIII. Ergo (inquit) C. Cæsar exordium nouæ ordinationis initurus, dies omnes, qui confusionem adhuc poterant facere, consumpsit. eaque re factum est, ut annus confusionis ultimus in quadringentos quadraginta tres dies protenderetur. An discrepent authores, ac sit eadem tradentium, quæ olim hodieque anni temporumque inconstantia, æstimationi locus esto. Alterum errorem (ut est operosior) uel Pontifices, uel Cæsares aliquando component. Alterum (quod studiosorū est) sine manu. exemplaribus explicare non ausim, etiam si frequēs facilisq; numeroꝝ deprauatio. Tantum commonendum interim, turbata potius uideri quæ Solino, q̄ quæ Theodosio redduntur. ea saltem ratione, q̄ Tranquillus asserit, inter nouembrem ac decembrem mensē Cæsarem interiecisse duos alios, annumq; eum, quo hæc ipsa constituebantur, quindecim fuisse mensum, cum intercalario, qui ex consuetudine in eum annum inciderat.

*Æstimationi locus esto*

De diuo Augusto. Apud auunculum in petitione magisterii equitū prælatus est ei Lepidus tribunus. Plinius, Repulsa in magisterio equitum apud auunculum, & contra uoluntatē eius prælatus Lepidus. Vetus autē Naturalis historiæ cod. non, Contra uoluntatē, sed, CONTRA . PETITIONEM . scriptū retinet.

Fames Italiæ. Plinius, Fames sitisque Italiæ. Verum manuscripti eius codices non nulli, uerbum, SITISQVE, nō habēt. Cautio est itaq; ne quid in alterutrum authorem conferas, priusq; utrunque cum uetustis exemplaribus, beneq; subducta iudicii ratione, contuleris. Vt enim nihil accurate sine rerum plurimarū lectione literis mandari potest, ita & earum labor pereat, necesse est, si iudicium defuerit.

Sane alectorius traditur. Qui lapis specie crystallina, fabæ in modum, in gallinaceorum uentriculis reperitur, aptus, ut dicunt, præliantibus. Si legendū ita sit, uix ubi cohereant hæc habent. In codice Vaticanæ bibl. inuenimus. Sine alectorio, ut traditur. Quæ cōmode Milonis ellogio uidentur subdita. Quippe qui tot certamina, corporis, nō lapilli uiribus, superarit. Sed cū Plinius contrariū omnino prodiderit, sit fortasse ita corrigendū, NON . SINE . ALECTORIO . VT . TRADITVR . Ac fortasse rectius, ALECTORIA, sceminino genere. Vt idem Plinius. Cuius hæc sunt, Alectorias uocant in uentriculis gallinaceorum inuentas, crystallina specie, magnitudine fabæ. Quibus Milonem crotoniensem usum in certaminibus, inuictum fuisse, uideri uolunt. Sūnt præterea cod. uulgatiores, in quibus ita scriptum est, Victor ille omnium certaminū, quæ obiuit. Vnde colligi fortasse possit, ita redigendū, ut expuncta dictione, TRADITVR . Scribamus, VICTOR . ILLE . omnium certaminum, quæ obiuit sane alectoria.

Milon porro Prisci Tarquinii temporibus emicuit. Alii cod. habent, Tarquinii Superbi temporibus. Scribendum autem, ex uetustis aliquot, TARQUINII . SVPERBI . PRISCIS TEMPORIBVS.

L



*Plinij locus*

*Plinij loc)*

In byzantino, nobili pugile. Plinius, poetam fuisse eum, dicit. Indubitatum, inquit, exemplū est Nicei nobilis poetæ, Byzantii geniti. Plinianus uero codex noster, & duo Vatic. bibl. PICTORIS, habent. Eodemque modo Solini codex unus. Videndum igitur, an sit ita legendum apud utrunque authorem, an saltem apud Plinium, PYCTAE, hoc est pugilis. Ab cuius uocis insolentia ignari abhorrentes, nunc pictorem, nunc poetam excripserint. Est sane græca uox πύκτας, sed qua etiam Latini utantur. Vnde & Pyctale certamen.

Ipsē in æthiopen auum regenerauit. Plin. Ipsē in auum degenerauit æthiopen. Itaque tantum abest, ut Solino, duce Regenerauit, in Plinio reponendum putem, ut DEGENERAVIT, in Solino corrigam, tam ex Plinio, q̄ ex codice uno eiusdem bibliothecæ. Ut dicatur, Degenerasse in auum æthiopen, id est degenerasse a matre non æthiope in auum æthiopen, nigrum uidelicet eius colorem representando. Ut quemadmodum a Rege dicimus, & ad Regem deficere, sic a patre, & in patrem degenerare. Possit etiam, exclusa præpositione, ita legi, IPSE . AE . THIOPEN . AVVM . REGENERAVIT. Plinius libro . xiiii . Nec alio magis Drusus Cæsar regenerasse patrem Tiberium ferebatur. Sed & Theodorus in septimo de Natura anim. hos ipsos (ni fallor) sequutus authores, is (inquit) auum æthiopen regenerauit. Id enim exemplū redditæ similitudinis post plures eiusdem prosapiæ, ex Arist. est, etiam libro primo de Generatione Anim. Cumque Eliden eam, quæ cum æthiope concubuerit, atque in Sicilia rem habitam affirmet, tamen eius, qui fuerit ex Elides filia æthiops, & patriam, & nomen, & artem, prorsus tacuit.

Obiecto populari isto. Manuscripta quædam exemplaria, POPVLARIBVS. Quod magis placet. Valerius enim ait, Admissum uniuersum populum, & sermone eius, & uultu consimili, fefellit

Humanum cadauer repertum est cubitorū trium atq; triginta.

Plinius inter cætera exempla, quæ Iulius Solinus eum sequutus rettulit, ita scribit, In Creta terræ motu rupto monte, inuentum est corpus stans. XLVI. cubitorum. Quod alii Orionis, alii Etionis fuisse tradūt. Cuius rei memoria uel alia omnino est, aut aliter interpretatur Solinus. Videndum itaq; an de cubitorum saltem numero in alterutro mendum esse potuerit.

Cuius inspectandi cupidine. L. Flaccum legatum, Metellū etiam ipsum impendio captos miraculo, quod auditu respuerant, oculis potitos. Exemplar unum in bibliotheca Summi Pontificis ita habet. L. FLACCVM . LEGATVM . MISIT . METELLVS . POST . ETIAM . IPSE IMPENDIO . CAPTVS miraculo, quod auditu RESPVERAT, oculis potitus.

De pernitate. In Italia octo annos puer natus quinq; & LX. millia passuum a meridie transiit ad uesperum. Plinius LXX. mil. pas. cucurrisse. neque octo annos natum puerum, sed nouem, tradidit. Verum in pliniano nostro manuscripto codice, OCTO, itidem.

Visu deinde plurimum potuit Strabo nomine. Quem super spexisse per centum triginta millia pas. Varro significat. Plinius, & manuscripti codices. CXXXV. mil. Cautius Aelianus, qui uiri eius nomen, & locorum interuallum obtulit, ποικίλης ἰσορίας, libro . xii . Ἀρδρα φασὶν σκελιώτην οἶον βλέπειν ὄζυον γενέσθαι ἐν Σικελίᾳ ὥστε αὐτὸν ἐκ τοῦ λιλυθαίου ἕως καρχιόνα τετραγὰς τὸν ὀφθαλμὸν, μὴ δὲν πᾶς ὄψαι, σφαλῆσθαι, καὶ ἀποδέξαι λέγουσιν τὴν ἀριθμὸν τῶν νεῶν τῶν ἀναγομένων ἐκ καρχιόνοιο, καὶ δὲ ἐφέυσαντο ὅδε μίαν.

De Scipione Nasica. Quippe quod inuentus dignior nō fuit. Legendum, QVO.

De puerperæ pietate in patrem. Et factum & locum consecrauit. Codex unus in Palatina bibl. HONESTAVIT. Quod uerbum loco & facto magis congruit.

Plinij Locus

Plinij locus

Nota Pro Plinio & Aristo

Plinij loc

Aelianus uaria historia libro . xy .

Qua uictor ex Hispania pompam bouum duxerat . In uno Vatic. scriptum est, EX . HISPANA . IBERIA. Aufonius, Geryone extincto decimam dat Iberia palmam. Ita enim uertit, *et epud. inq.* Quam insulā Geryonis in oceano fuisse, Stephanus author est, sed in quo oceano, non satis omnibus constitutum. Sicut etiam ambiguum ei Regi patriam plerique faciunt. Hinc est, q̄ Solinus alibi ita scribit, In capite Beticæ, ubi extremus est noti Orbis terminus, insula a continenti septingentis passibus separatur. Quam tyrii a rubro profecti mari Erythream, pœni lingua sua Gadir, idest sepē nominauerunt. In hac Geryonem æuū agitalle plurimis monumentis probatur. Tametsi quidā putent Hercule boues ex alia insula abduxisse, quæ Lusitaniā contueretur.

In Liguria quoque Lapidarios campos, q̄ Ione eo dimicante. Scribendum, IOVE. ex Pomponio Mela, Plinio, Marciano, Iginio. Quorum aliqui hos Gallia Narbonensis campos, in quibus Hercules contra Albionā & Bergion Neptunni liberos dimicari, Lapideos, aliqui Lapidarios uocant. Sed & Iginus eam pugnam cum liguribus populis fuisse, scribit in Engonasi. Fortasse, quoniam affirmat Strabo, Liguriam aliquando uocaram regionem usque Massiliam ac Rhodanum. Sed & L. Anneus Florus transalpinos uocat Ligures, quos Fuluius Flaccus primus omnium bello domuerit. Spectare licet etiam num cāpos ipsos lapidibus informes albertesque, ac prætera siticulosos, steriles, solos. Afferēdus obiter a uetustatis iniuria locus apud Pomponiū ipsum in Cisalpina, hoc est itala, Liguria, se se offert, tum uel quædam alia in reliqua saltem Italia. Quæ tam ignorari nostris, turpe est, q̄ præteriri, nefas. Cum mehercule iustus ordo semper fuerit interna prius, dehinc externa noscendi. ipseque Pomponius testetur, nota esse in Italia omnia, prope ut monstrari minime indi geant. Deinde (inquit) Luna Ligurum, & Liguria, & Genua. In quibus admoneri quisque mendæ queat, si aduertat animum, q̄ dedecet in Liguriæ locorum mentione ipsam etiam referre Liguriam. Ptolemæus porro inter Lunam Genuamq̄ urbes, Tigulliam commemorat. Plinius, TIGVLIAM. Quo modo emendandū quoq̄ apud Melam, equidē contenderim.

*Liguria termin*

*Pomponij Melæ loc?*

Cum præsertim manuscripti, quotquot hætenus uidere licuit, Liguliam retineant. Nisi quis utroque eam nomine diuersis traditam authoribus malit. neque frustra esse, q̄ tam multis eadem codicibus scriptura seruetur. Post Lyguriam, eodem dextero Italiae latere, in descriptione Hetruriæ. Ultra Tiberim Pyrgi, Anio, Castrum nouum, Grauisca. Is autem Anio doctissimis plerisque intelligitur, qui tyburtinos alluit, Romanos a Sabinis determinat, inque Tiberim defertur. Neq̄ alius (quod equidem scia) Anio scriptoribus redditur. Sed nimirum ipsum Tybur in Latio etiam nū esse, nemo fere latinorum ignorat. hic autem Thuscie stringuntur ora, quibus idem Tiberis est terminus, easq̄ a Latio seiungit. Cum itaque in manu. exemplaribus haud aliter inuenierim, ac ne speciem quidem alterius lectionis agnouerim, illud interim monuero, uti uni Melæ nomen urbis esse potius interpretetur, q̄ pugnantia de Aniene fluuio comminiscamur, q̄ si detur etiam æstimationi simpliciq̄ coniecturæ locus ullus, non absurdum forte fuerit, pro Anio, HALIUM, hoc est *αλιον* restituere, ex Strabone. aut certe, ALSIUM, ex M. Catone, Dionysio, Plinio, Antonino Pio, Ptolemæo. A Cossis (inquit Strabo) Ostiam nauigantibus exiguae occurrunt urbes, Grauisca, Pyrgi, Halium, Fregena. Et statim fere post, A Pyrgis Ostiam CC. LX. stad. In medio est Halium, & Fregena. Plinius, Grauisca, Castrum nouū, Pyrgi, Cæretanus amnis, & ipsuz Cere intus mil. pass. quattuor, Agilla a Pelasgis conditoribus dictū, Alsiū, Fregene. Et paulo supra, Alsiū (inquit) ad Thuscum æquor. Sed & Claudius Rutilius ita cecinit. Alsia prælegitur tellus, Pyrgique recedunt. Nunc uillæ grandes, oppida parua prius. Deniq̄, si de fluuio meminisse ullo Melam, credere quis uellet, pro Anio, MINIO, qui sit fluuius Hetruriæ, succurrit. Virg. in decimo. Qui sunt Minionis aruis, Et Pyrgi ueteres, intempestæque Grauisca. Meminit & Vibius Sequester. In fronte Italiae. Primus Tarentinus dicitur, inter promontoria Salen & Laciniū. Cum id autem promontorium Salentinum uocent Strabo, Ptolemæus, cæteri. nec aliter in plerisque scriptū exemplaribus inueniam, operæ precium est, ut eodem quoque modo tradidisse Melam, eique cum reliquis conuenire, credamus.

*Col. 13. 14. 15. 16. 17.*

*Pomponij Melæ loc?*

*200. 210. 220.*

*Claudius Rutilius?*

*Vibius Sequester*

*200. 210. 220.*

*Si detur æstimationi simpliciq̄ correctu  
re locus*



Pompo . Melæ loc?

Salubri Melæ loc?

Pompo . Melæ . locus

In sinistro Italię latere. Humana Potētia Claternia Cupra urbes. Sunt uero qui Numana corrigāt, authores sequuti principes sane uiros. Verum, quanq̄ nō inficias iuerimus, Numanam appellatam eā Antonino, Plinio, Ptolemęo, tamen diligētius considerandum, quid sit, q̄ castellū hodie, eius urbis haud tenue uestigiū, extat, a uernaculis Humana uocitatum. q̄ nulli codices, uel excusi formis, uel uetusti, aliter legendum q̄ Humana insinuant. Nec præterea uel mirum, uel insolitum uideri debet, si frequenter una litera, eademque etiam affini, oppidorum nomina uacillant. quando integra plerunq̄ mutantur, ac fatiscunt, usque adeo, ut nec ullum prioris indicium, nullaque similitudo maneat. Velut & hoc unū est, quod in Lesbo insula occurrit. In ea (inquit) quinq̄ olim oppida, Antissa, Pyrrha, Erestos, Ciraua, Mytilene. Est autem qui de Ciraua dixerit, Etsi constat mendosam esse dictionem, quemadmodum tamen restituenda sit, non plane constat. Plinius in Lesbo nouem tradit urbes, quarum nulla huic nomini respondet. Honestam mehercle eius uiri hæc uel modestia, uel timiditas, utinamque non tam multis infrequens. Cæterum, in Palatina bibliotheca, in quam cunctis publice accessus est, codex manuscriptus pro Ciraua, METHYMNA retinet. Quæ utiq̄ inter nouem una etiam a Plinio commemoratur. Et e duobus codicibus, qui penes me sunt, alter integram dictionem seruat, alter uero, syllabis male nexilibus, Me Tina habet. Non est itaq̄ uerendū, ne, si ita corrigatur, non sit commodissime nomen urbi restitutum.

Phefcenninum quoq̄ ab argiuis. Vetus lectio, FESCENNIUM. Plinius, Fescennia.

Catillus Amphiarai filius, post prodigialē patris apud Thebas interitum, Oeclei aui iussu, cum omni sætu, uel sacro missus, tres liberos in Italia procreauit, Tyburtum, Coram, Catillum. Qui depulsis ex oppido Siciliae ueteribus sicanis, a nomine Tyburti fratris natu maximi urbem uocauerunt. Plinius Tyburtū, siue etiam Tyburtem hunc, Amphiarai filium, non nepotem, facit. Ita enim libro .xvi. Nat. hist. memoriæ prodit, Tyburtes

Plinij locus

quoq̄ originē multo ante Urbem Romam habent. Apud eos extant ilices tres, etiā Tyburte, conditore eorum, uetustiores. apud quas inauguratus traditur. Fuisse autem eum, tradunt, filiū Amphiarai, qui apud Thebas obierit, una ætate ante iliacū bellum. Nolim uero protinus immutari quicquam apud Plinium, quamlibet magna Sextii, celebris apud græcos scriptoris, autoritas. cum sit usque adeo conditarum urbium inter prodentes inconstantia, ut ne Urbis quidē Romæ certa primordiorum ratio sciri possit, atq̄ accipi. simulque pliniani ipsius documentū, in his quæ ad geographiam pertinent, semper memores. q̄ nulli duo concinant. Eorum autem non negauerim manifestum errorem, qui Coracem, Tyburti fratrem, efferūt. cum sit non Corax, sed Coras. Virg. in .vii. Catillusque, acerq̄ Coras, argiua iuuentus.

Salentinos a sitiis. Vetus lectio, A Liciis. Palatina bibliothecę codex unus, A Saliictiis. Sextus Pompeius Festus scribit, Salentinos a salo dictos. Animaduertendus uero locus aliquanto cautius. Nam in codice alio eiusdem bibliothecę ita scriptum distinctumque legimus. A . SAGARI Aiācis Locri filio Sargentum, qui & Sallentinum. A Lictio Idomeneo cretensi Lictiā. Ab iisdem lictiis Anconam. A Siculis Galatio, & Bio fratribus, Gabios. Ab heraclidis Tarētum in insulam Tensam. Ab ionibus Pestum, a Romanis postmodum, ab eisdem conditoribus pridem Posidonia dictum. Hæc in eo exemplari. Cuius & si multa perperam (nam & Strabo & Plin. Anconam a siculis conditam affirmant) illud sit fortasse non reiiciendum de Sallentino, multoque illud minus, quod de Pesto, Posidoniaq̄ additur. Plinius enim ita scribit, Pestum a græcis Posidonia. & Strabo, Urbs ipsa Posidonia Pestum uocatur. Quod uero de insula dicitur Tensa, uidentem an ad Tempfam urbem quicquam pertineat. Oppidum, inquit Plinius, Tempfa, a græcis Temese dictum. Meminit & Liuius, ac Ptolemæus. Urbs enim ipsa, metallis olim grauida generosaq̄, inter celebres Italiae commemorari, maxime conuenit. Homerus rhapsodia .v. Odyssæ, Ες πέσον μετὰ χαλκόν, ἄγα δ' αἰθονα σιδερον. Tensa uero insula quæ sit, alii uiderint. Nos .n. rem pro tēpore

Sextius græcus autor

Quorundā error de Tyburti fratre

Palatina Bibliotheca

signare cogimur, non eloqui. Iuuabuntur saltem hi, quibus plus quandoque oci dabitur, hæc cum aliis cod. conferendi. Est enim sæpe in uetustis exemplaribus illa commoditas, ut e multis plurifariam deprauatis authoris sui mentem plane colligant nec iudicium nec literarum expertes. Mentiri profecto eos credam, qui antiquos penes se libros tam misere custodire uideri uolunt, collectisq; aliorum castigationibus uolumina passim imprimunt, cum perantiquo, miraq; fidei aliquo ad unguem emendata testantes, de bonorum laboribus, atque adeo de ipsis etiam literis, tam peruerse merentes.

Latium antiquum antea a tiberinis hostiis adusq; Lyrim amnem pertinebat. Hos fines Plinius dat nouo, non antiquo Latio, quod ad Circeios tantum protendebatur. Latium antiquum (inquit) a Tiberi Circeios seruatum est. M. passuum. L. longitudine. tã tenues primordio imperii fuere radices. Et non multo post, Ultra circeios Volsci, Osci, Aufones. Vnde nomẽ modo Latii processit ad Lyrim amnem. Contrarium ergo sentiunt. Ne quem fallat eius scripta, qui, dum cominiscitur in Seruium, eadem quæ Plinius Solinum etiam in Collectaneis referre, perperam collegit.

Scyllea regio, cū Scylleo oppido, & Crathe flumine Scyllæ pater, ut uetustas fabulata est. Sunt qui emendarint, Scyllæ matre. Sed quis fluuium matrem appellet? Quid Plinius, an non scribit? Oppidum Scylleum, Crathis fluuius pater (ut dixere) Scyllæ. Legitur præterea nomẽ fluminis & Crathi & Cratheide. Rectius uero Crathide. Nam Straboni κράθις κράθιδος inclinatur. & Marcianus ait, Scylleum oppidum cum Crathide flumine, quæ Scyllæ pater fuit.

C. Cælius Oetæ tris filias, Angitiam, Medeam, Circen dicit. Corrigendum crediderim, uelut in uno Vatic. bibl. scriptum est. C. CAELIUS . DICIT . HABUISSE . MARSOS AVTHORES . ANGITIAM . MEDEAM . CIRCEN . CIRCEN . CIRCEIOS . INSEDISSE MONTES.

Denique habitatores ab Amyclis, quas antea amyclæis græci condiderunt, serpentes fugauere. Legendum uideretur, Amyclæi græci, nisi codices pleriq; tam uulgatiores, q̄ manuscripti ita haberent, Denique Amyclas, quas antea græci condiderant, serpentes fugauere. Plinius libro. viii. In Italia Amyclæa serpentibus deletæ. Idem libro tertio. De quibus notum est uirgilianum illud, Tacitis regnauit Amyclis. Quæ ue super serpentibus, uel hostium improviso aduentu, interpretentur, omnia iam uulgata. Solinus autem cum alterum ad Italiæ Amyclas referat, ruinam ex taciturnitate (quod annotatione dignum est) ad laconicas Amyclas rettulit. Nam in Græciæ locorum mentione, Amyclæ (inquit) silentio suo quondam pestundatæ. Quo prædicto, illud Aufonii ad Paulinum, Tu uelut œbaliis habites taciturnus Amyclis. tam intelligi posse iam uidetur, ab laconibus in Italia conditis, q̄ his, quæ in Laconia multo ante fuerunt.

Est & Vehiétana, a loco dicta, cui nigri coloris superficies propria. Exempl. uetust. FACIES. non, Superficies. Id Plin. materiam dicit. Vehientana (inquit) italica gemma est, Vehiis reperta, nigram materiam distinguente limite albo. In cod. porro bibliothecæ Summi Pont. ita legitur, Est & Vehientana, a loco dicta. Cui mori color facies propria. Neutra uero lectio cum pliniana penitus concordat.

Ferri feracem Vilbam. Quicquid alii, emédare uolentes, deprauarint, uetus lectio ILVAM semper habuit. Comprobantibus Virgilio in. x. Mela Pomponio, Liuius, Plinio, Strabone, Ptolemæo. Qui & Caprariam & Iluam in Iyguistico quidem pelago referunt. Sed & aliam eiusdem nominis circa Sardiniam, Ptolemæus. Ilua (inquit Plin.) cum ferri metallis, a græcis dicta Aethalia. Aethaliam & Aethalen uocari eam, scribit Stephanus. Strabo Aethaliã & Iluam duas esse insulas sentire uidetur. Quas eodẽ quoq; mari statuit. *πρόγειοι δὲ Αἰθαλία, καὶ Πλαγασία, καὶ Ἰλῦα, ἔτι Πιθκῶσαι, καὶ προχύτι, ἔτι Καπερία, ἔτι Λευκασία, καὶ ἄλλαι τοιαῦται.* Quæ ideo græca reddidimus, q̄ in latino deprauatissima circūferuntur. Ptolemæus quoque diuersam eam tradidit, uocarique Aethalam,

Concordat

Contra Beroaldum

Manoramq;. Hæc autem insula hodie, literis in suas affines commutatis, a uernaculis Elba dicitur. metallorum ferme omnium ferax, sed ferri præcipue etiam nū diues. Vnde Populoniæ Principibus largior prouētus. Eamq;, nauibus præteruecti, omnes norunt contra Populoniā iacere ad millia passuum fere. xiiii. Quæ dimensio Diodori quoque obseruationi respondet. Aethalia (inquit) urbi Populoniæ opposita, distans a continenti stad. ferme CX. nomen ab Aethalo, qui ei præfuit, duce sortita est. Rutilius præterea, in primo libro de reditu suo, ita scribit,  
Occurrit Chalybum memorabilis Ilua metallis,

Qua nihil uberius norica gleba tulit.  
Non Biturix largo potior structura camino,  
Nec quæ sardonico cespite massa fluit.

Columbariam, auium huius nominis matrem. Codex unus Vatic. bibliothecæ ita habet, Auium matrem harum, & ob hoc nominis huius insignitam ellogio. Nihilque omissum, quod retractari non sit superuacuum. Cultius, RETRECTANTI. ex plerisque uetustis.

De Sardinia insula. Ichnuchiam apud Crisippum. Legit & Ichniam. Plinius ἀπὸ τοῦ ἰχνης, Ichnusam, nec a Crisippo, sed a Myrsilo. Plerique uero codices, Ichnum. & omnes quos uiderimus, A Crispo. Marcianus, Deniq; Sandaliotes est appellata, & Signosa, q; utrunq; uestigii formam signat. Scribendum autē puto, ICHNVSA.

In urbe Carali. Legendum CARALIS. ex manu sc. codice. Est enim numeri multitudinis tantum, & quod in quarto quoque casu Caralis dicatur. ut Trallis, & pleraque alia, grammaticis tradentibus, ac frequenti apud Liuium exemplo libro. xxiii. Vocant alioqui Caralis & Strabo, Ptolemæus, Antoninus, Claudianus, cæteri. Quanquam Plinius Calaritanos dicit, & Calaritanum promontorium. Pomponius quoque, Urbium (inquit) antiquissimæ Calaris & Sulci. Græca uidelicet consuetudine, κατὰ παράδοσιν. Nisi potius librorū fuerit incuria. Pari uero ratione

Sulcis Antonino dicuntur. licet Sulci Pomponio, nec nō Straboni. Σολκοὶ Stephano, ac Ptolemæo. Sed & Claudiano Sulci, si restituitur locus, perquam temere corruptus. Muros enim legitur, pro Sulcos, hoc est Σουλκούς, de bello Gildonico. Pars adit antiqua ductos Carthagine muros. Partem litoreo complectitur obuia muro  
Urbs, Libyam contra tyrio fundata potenti,  
Tenditur in longum Caralis. Emendandum igitur,  
ex codice perueteri,  
Pars adit antiqua ductos Carthagine Sulcos.

De Sicilia insula. Pachynus aspectus in Peloponnesum & meridianam plagam dirigit. Pelorus aduersa Vespero, Italiam uidet. Lilybæus in Africam extenditur. Hic, ut paulo post, scribendum, PELORIAS, græcorum forma, quibus πελορίας dicitur. Vitandusq; eorum error, qui, Pelorus in lectione seruantes, aduersam uespero Italiam, cōmutauere. Auersam enim Occidentem eam, aliquis fortasse dixerit. aduersam, nemo. Neq; uero quæ moueat, neque permutandus in Solino locus, propterea q; Strabo de Pachyno dixerit, Ad Orientem uergit, siculoque alluitur pelago, in Peloponnesum cursumque cretensem prospectans. q; Posidonius a climatibus Siciliam definiens, Pelorum quidem ad Septentrionem, Lilybæum ad Austrum, ad Ortum uero Pachynum ponat. & q; alium his ipsis promontoriis prospectū fecerint Ptolemæus ac poeta Ouidius in Metamorphosi. Idē enim quod Solinus, asserit & Marcianus, his uerbis. Vnum promontoriū, quod a Pachyno, in Peloponnesum & Meridiem uersum spectat, quadringentis quadraginta millibus a Græcia disparatur. Pelorus autē Occasum, Italiamq; inspicit, quæ freto mille quingentis passibus separatur. Lilybæum Africæ fines uidet in cētum octuaginta millibus. Sunt etiā qui Pachynum in Euronorū dirigant.

Nebrodi dammarum copia nomen dedit. Damma & hinuli gregatim peruagantur, inde Nebrodes dicta. Totum hoc, ex uetustis cod. ita redigendum est. NEBRODEM damma & hinuli gregatim peruagantur, inde Nebrodes.

Pomponij Me. loc.

Claudiani loc.

Martiani locus

Caralis. V. numero plurali tantū declinatur

ab insulae Peloponnesi

Caralis Me. loc.

Caralis loc.

Ab insulae Peloponnesi

In freto siculo Ephestiæ insule, xxv. millibus pas. ab Italia ab-  
sunt. Tantundē spaciū Marcianus agnouit. Plinius uero. xxii.  
Sed in peruulgatis eius exemplaribus corrupta lectio tum hic, tū  
locis aliquot habetur. Quam nos ita ex uet. codice referimus.  
XXV. M. ferme passuum ab Italia, septem Acolie appellatę, eadē  
Lipareorū, & Ephestiades a græcis, a nostris Vulcaniæ. Acolie  
q̄ Aeolus iliadis temporibus ibi regnauit. Seruius præterea, ma-  
ligno quodam suo fato, etiam in mentione harum insularum om-  
nibus incessitur, adeoq; digna obelo res uisa, ut eam commenta-  
riis, annotationibus, castigationibus, quisque suis indiderint, si-  
bique ineptias per manus tradiderint. Quis enim Seruio, ac non  
potius librariis errorem tribuat, cum libro primo, nouem, octauo  
uero. vii. numerentur, nusquam nominentur? Quas omnino  
vii. esse, cum Seruio cæterisque Pomponius quoque Mela sentit.  
Verum in earum nomenclaturis oberrat. In quibus tamen uitium  
latere arbitror. idque fere iam cōperimus, nec dum tamen, promi-  
libere ut possit, tenemus. Interim hic locus admonet, ne duas  
alias eiusdem maris Nostri insulas, in Pomponio dicendas, præte-  
reamus. In Myrtoo, inquit, mari Cythera cōtra Maleā emissa.  
Legendum uero, Oenussa, non emissa. ut sit nomen insulæ alte-  
rius. atque a superiore colo seiungendū. ex manu sc. codicibus &  
Plinio. Quod autē scribit Stephanus, Οἷα, πόλις τῆς ἑβρίας, ἐχουσα  
λίαν. μέσον δὲ αὐτῆς λόφος ἐστὶν ὑψηλὸς τρεῖς ἀκροῦσα σταδίων, ἔχων ἀγρὰ ὕδατα καὶ ὕλην  
πληθύνων. ὡς Ἀριστοτέλης περὶ θουμασίαν ἀκρομάτων, animaduerten-  
dum, q̄ in eo, qui citatur, Aristotelis libello, Οἷα, εἰς scriptū est, nō,  
Οἷα. Ut sit in alterutro erratū. Qua de re similitudo nominum,  
cū super Oenussa quereremus, admonuit. Nunc ad Pomponiū.  
Arados etiam in Phœnice est, parua, & quantum patet tota oppi-  
dum, frequens tamen, quia etiam super aliena tecta sedem pone-  
re licet. Sunt uero etiam qui legant, Subter aliena tecta. Non  
est autem facile mutanda lectio, quæ cum in omnibus cod. est ea-  
dem, tum uel maxime Straboni defenditur. In fronte (inquit)  
iugosæ cuiusdam, & importuosæ oræ Arados iacet, inter eius por-  
tum scilicet atq; Marathum. distans a terra stadiis. xx. Ea est pe-  
tra quædam mari circūfusa, septem stadiorum ambitu, habitatio-  
nibus plena, tanta hominū multitudine, ut adhuc domos multis

Plinij locus

Seruius defecatur de numero acoliarū

Pomponij Mela loc

Pomponij locus

A superiore colo seiungedū

tabulatis sublimes inhabitent. In quibus illud etiam conside-  
randum, q̄. c. c. passibus distare eam a continenti, putat Plinius,  
Strabo. xx. stad. Cum sit alioqui Ptolemæi supputatio ab utroq;  
diuersa. Neq; porro aliam Plin. ab hac Phœniciæ putauit Ara-  
dum, cum diceret, Ante Ioppe Paria, tota oppidum, in qua ob-  
iectam belluæ Andromedam ferūt. & iam dicta Arados. Ei nāq;  
Continētis loca, insulasque alio, q̄ Mela, ordine stringenti, &  
ex Africa in Asiam digresso, Phœniciam legenti Arados memo-  
randa post Pariam fuit. Cumque ait, Et iam dicta Arados.  
tum prædictorum se ostendit non oblitum, uidelicet, Arados  
septem stadiorum oppidum, & insula. c. c. passibus a Continente  
distans. tum id agit, ut intelligamus, ipsam quoque uniuersam  
esse oppidum, ut Paria. Plures sane eo maris tractu tales in-  
sulas fuisse, quis dubitet? cum de Phœnices Tyro dicat Strabo,  
Tota insula est, ac eodem fere modo habitata, quo Arados.  
Corrigendum obiter, in eiusdē Phœniciæ narratione, promonto-  
rii nomen Euprosopon, quod sit (uelut arbitror) una litera cor-  
ruptum, ac legendum θεῶν πρόσωπον. ut κελῶν μέτωπον. ἡλίου τρεῖς  
πῆλα, ex Ptolemæo ac Strabone. Apud quos, Pomponiū  
exemplo, malim græca forma nomen ipsum in latinam linguam,  
ac non, Dei faciem, uertendum putassent. Id autem promon-  
torium fuisse, in Strabone saltem ignorarunt haud dubie. Cuius  
hæc sunt ex libro. xv. τῆ δὲ τριώλεϊ συνεχῆς ἐστὶ τὸ τοῦ θεοῦ πρόσωπον.  
εἰς ὃ τελευτᾷ ὁ λιβαῖος ἄνεμος.

In Tertio Europæ sinu. Tomarus mons. Sunt qui cor-  
rigant, Tyliarus. Ipse, Tomarus mutandum non censeo. li-  
cet in uetustis codicibus, & Tyliarus, & Talarus, & Talabarus,  
inuenerim. Equibus, si eligendi potestas daretur, Talarum  
semper legerim. Plinius enim ita scribit, Molossi, apud quos  
Dodonei Iouis templum, oraculo illustre. Talarus mons cen-  
tum fontibus circa radices Theopompo celebratus. Et non mul-  
to post, Montes clari in Dodone Tomarus. Sed & Stephanus  
quoq; scribit, Tomarus mons Dodonæ. Quem nō nulli Tomu-  
ron, alii Tmaram. A monte Tomaro, Iuppiter quoque  
Tomarus, Claudiano.

M

Plinij loc

Plinij loc

Pomponij mela loc

Plinij loc

De Galatide lapide. Qui scrupulus ipse ater. Codex uetus, IPSE . CANDIDVS . Plinius, Galatides ex uno colore lactis est. Nec artificum præterea quenquam inuenias, qui non ipsum e colore dignoscant, ac nominent, etiam materiam, uiresque ignorantium. Celebris est Orphei carmine, & inter laudatissimos post crystallum relatus.

Finibus quinque Peloponnesi ora abluuntur. Vetus omnis lectio, SINIBVS. Quos & author ipse nominat, Ionium, Siculum, Aegeum, Myrtoum, Creticum. Totidemque Ptolemæus, sed diuersis nominibus, rettulit, Chelonitam, Meseniacum, Laconicum, Argolicum, Saronicum. Nam sinus Corinthiacus non ad peloponnesiacos solum, sed ad ætolos, isthmicosque pertinet. Corinthiacum sane uocant eum Strabo, Ptolemæus, Plinius. Rhion uero promontorium, contra procedens, quod addit Ptolemæus ac Strabo, in falcis formam sinuatum, ideoque appellatum Drepanon. Et sane ῥήϊον ἄκρα τῆς πέρας dicunt. Pomponius tamen sinum ipsum uocat Rhion, non promontorium. Rhion deinde (inquit) maris id nomen, anguste & uelut freto, latus ore frequenti incidens, inter ætolos, & peloponnesiacos usque ad Isthmon irrumpit. Liuius autem, uigesimo septimo, nec non sequenti libro, Rhion fretum incolis uocari testatur, quod Naupactum & Patras interfluat, fauces uidelicet Corinthiaci sinus. Fortasse uero aduersum ipsum promontorium primo faucibus, mari dehinc uniuerso nomen etiam hoc dederit, atque ita fiat, ut Pomponio, cæterisque sua lectio constet. Porro, quod ait, A brumali Occidente, Aegeo, falsum est, nisi correxerimus, A . BRVMALI . ORIENTE. Quemadmodum & a Plinio recte dictum, uidere est, Tot sinus peloponnesensem oram lancinant, tot maria allatrant. Siquidem a Septentrione ionium irrumpit, ab Occidente, siculo pulsatur, a Meridie, cretico urgetur, ab Oriente brumali, aegeo, ab Oriente solstitiali, myrtoo.

Est Briseus, est Licabeus & Aegialus. Vetus lectio, Brilessus & Lycabettus. Plinius, Montes Brilessus, Aegialus, Icarus,

Hymettus, Lycabettus. Nisi forte Lycabettus, Lycabetus, & Lycambettus, scriberetur apud græcos. Nam Strabo λυκαμβητός Suidas λυκαβητός. Lycabetus, inquit, & Parnassus mōtes maximi, alter quidē Atticæ, alter Phocidos. Strabo, E montibus maxime nobiles Hymettus, Brilessus, & Lycambettus, & Parnes, & Corydalus. Quem porro hic aliū Solinus uocat Aegialum, Plinius (ut iam rettulimus) Aegialium. In utro mendū sit, considerandum uidetur. Strabo alibi Aegaleon montem nominat. Est & Aegialus, locus ita appellatus inter Sicyonem & Buprasium, Stephano. Est & continens maris ultra Carambim. Est & Thraciæ apud Strymonē, Hecateo. Alius denique est in Aethiopia, secundum Aegyptum, qui uocetur Magnus. Dubitare etiam quis possit, tam apud Plinium, q̄ Solinum emendandum, Corydalum. Quem montem cum cæteris Strabo enumerat. Nos & hoc, aliorum iudicio deprendendum, ostendimus tantum.

Opuntius sinus, Larissa oppidum, Delphiamne quoque, in qua Amphiarai sanum, & fidiacæ signum Dianæ. In uetustis codicibus inueni haftenus aut Delphirane, aut Delphi ranne. Vnde colligi fere posse uisum est, ut DELPHOS. RHAMNVS emendemus. Modo id non importunum, nec extortum boni æstiment, quod a monendi tantum, iuuandique studio proficiscat. quodque factum saepe fuerit, consumatissimorum etiam exemplo. De Rhamnunte sane, pago constare uidetur, tum q̄ in hoc tractu est etiam Ptolemæo, nec non in ordine, quo hic Solinus. tū præcipue, q̄ Pomponius de eo ita scribit, Rhamnus parua, illustris tamen, q̄ in ea sanum est Amphiarai, & phidiaca Nemesis. Nec obstiterit, q̄ hic Nemesis, Solinus uero Dianam, dicat. Præter enim q̄ scribentium dissensio esse possit, illud etiam accedit, q̄ Nemesis ipsam non nulli Fortunam fuisse putant, alii Venerem, & Deorum matrem, aliisque aliter uisum. Porro, Delphi legi posse non uidetur, cum ipsi sint in Phocide. Delphon autem hac parte uel Plinius statuit. Oppida inquit Opunus. Vnde sinus Opuntius, Cynus, phocidis in litore unum Dapinus. Introrsus autem Larissæ, Elatea, & in ripa Cephisi (ut diximus) Lilea, Delphosque. &c.

Pro pomponio. Chelomitas  
sinus

Corrat corrupit q̄ lectio  
nem pomponij

Pro pomponio. Nota de  
xmo

Plinij loci

MARIANG . ACCVR.

De perdibus. Spineis enim fruticibus, ac furculis, receptus suos uestiunt. Sunt cod. qui habeant, Spineis enim fruticibus receptus suos uestiunt, ex Plinio. Perdices, inquit, spina, & frutice sic muniunt receptaculū. In uno tamen manuſc. legimus, SPINEIS . ENIM . ASSERCVLIS .

De Theſſalia. Quam Homerus Argos Pelasgi cognominat. Vna tantum litera. G. uidelicet, in .N. commutata, atq; a ſequēti uoce ſecreta, legendum puto, ARGOS . PELASGICON NOMINAT . Strabo, Et Pelasgicon Argos, Theſſalia dicitur. Plinius, Mutatis ſæpe nominibus Hæmonia, eadem Pelasgi cum Argos, Hellas, eadem Theſſalia, & Driopis, ſemper a Regibus cognominatā. Homerus in nauium catalogo, *ὄρος τὸ πελάσγιον ἄργος ἔχασον*.

Damnatus est oculo ictu ſagittæ. Rectius, ut in uetustioribus non nullis codicibus, DAMNATVS . EST OCVLVM .

Macedoniam præcingit thracius limes. meridiana Theſſaliæ. Epirotæ tenent a ueſperali plaga, Dardani ſunt & Illyrii. Qua Septentrione tēditur Pœonia ac Paphlagonia protegitur. Tam pleraque luſſata ſunt hic, q̄ manca, atque falſa. Ergo in codice uno Vaticanæ bibliothecæ ita legitur, Macedoniam pertingit thracius limes, meridiana Theſſali, orientalia Epirotæ tenent. a ueſperali plaga Dardani ſunt & Illyrii. quæ Septentrione tūditur Pœonia ac Paphlagonia protegitur. Cuiusmodi lectio cum nec ipſa quoque ſit omnino recta, præfert tamen lumina ſpeculari uolentibus, nec in tenebris herere permittit. Primum itaque dictionem, MERIDIANA, recipiendam non ducimus. Orientaliores ſiquidem theſſali, q̄ epirotæ uidentur. Et cum ſingulis Cœli regionibus perſcribere Macedoniam uideatur, Ortum ſignificaffe crediderim, per thracium limitē. Ut etiam Marcianus feciſſe, uideri poteſt, ita ſcribens de Macedonia. Hæc in thracium limitem terminū ducit. a Meridie Epirotis habitatur. a Veſpera Dardanis & Illyriis. a Septentrione Paphlagonia ac Pœonia.

*Luxatus, mancus, falſus.*

DIATRIBAE

Paphlagonia porro cum ſit in Minori Aſia, tam hic q̄ in Marciano corrigendū puto, PELAGONIA, producendumque periodum ad ea, quæ ſequuntur, de montanis exceſſibus. Ex Plinio. Macedonia ( inquit ) ad epiroticas gentes in Solis occaſum recedens, poſt terga Magnetiæ atque Theſſalię, infeſtatur a dardanis. Partem eius ſeptentrionalem Pœonia ac Pelagonia protegunt a Triballis. Denique hæc ipſa ſimul omnia ita nobis corrigenda uidentur, MACEDONIAM . PERTINGIT thracius limes. Meridiana theſſali & epirotæ tenent. A ueſperali plaga dardani ſunt, & illyrii. Quæ Septentrione tūditur, Pœonia ac Pelagonia protegitur a Triballis.

Nunc de incolis reddam. Exemplar unum e Vatic. bibl. DE . REGIBVS . Et ſane his, quæ ſubiiciuntur, non niſi Reges enumerantur.

De Thracia. Luctuoſa ſunt puerperia. Manuſcriptus codex, LVCTVI.

Quæ nato ibi Orpheo decus addidit nomini. Vetus olim lectio fuit, Decus inter iudicatur principes. Manuſc. uero cod. INTER . PRINCIPES . IUDICATVR .

In Sperchio promontorio. Puto ſcribendum, SERRIO. Pompon. Serrium promontoriū, ex quo canentē Orpheæ ſequuta narratur nemora. Capella tamen, Spartium. In ſpartio, inquit, promontorio ille uitā aut ſacris ( ut aiunt ) impendit, aut fidibus. Sed ſit fortaffe & apud eum, Serrio ſcribendum. Nam & Herod. in .vii. Serrium promontoriū nominat, qui locus olim fuerit Ciconum. Et Steph. Serrium eſſe ſcribit Thracię promontorium. Et Plinius in Thracia montem reddit Serrium. Demotheſes, locū.

Promontorium Ceracriſeon, Byzantio oppido nobile, antea Lygos dictum. Sunt qui imprimi curarint, Chryſoceras. ex Plin. ut arbitror. Qui ait, Promontorium Chryſoceras. in quo oppidū Byzantium, libera conditionis, antea Lygos dictum. Nos autē

M iii

*Martiani & Solin  
locus*

*solimanum*

*solimanum*

*Pleraq;*

scribi maluimus, CERASCHRYSEON. Quomodo & Marcianus id ipsum uocat. Illic promontoriū, inquit, Ceraschryseon, Byzantio oppido celebratum. Plinius latine Auricornu dixit libro nono. Præterea legendum etiam uideretur, ANTEA LYGOS. DICTO. non, Dictū. Vt ad Constantinopolim oppidum referatur, non ad promontorium Auricornu.

Sigeum Asiæ, in quo tumulus est, Cynossema dictus, Hecubæ sepulcrum. Marcianus, Asiæ Aegeum, in quo cynossema dicitur locus Hecubæ sepulcro tumulatus. Legendum, Sigeum.

De Creta insula. Constipata centum urbibus. Exemplar unum in bibl. Summi Pont. NON. STIPATA. Sequitur enim, Sed magnis & ambitiosis oppidis.

Quorū Principatus est penes Gortynā, Cydoneam, Gnoson, Therannas, Scylifon. Plinius, Therapne. Quod autem ad Scylifon attinet, in omnibus cod. uarium inuenimus. Idem Plinius e centum eius insulæ urbibus, quarum memoria extaret, XL. insigniores cōmemorat. nullā autē huic nomini consimilē. Itaq; facilius est, quod admoneam, q̄ quod tradam. Vetus sane cod. & Thera Cyclifon, & Therapnas Chiliofon, & Therapinas Cylifon, habent. Quapropter non tam Therapnem, q̄ Hierapytnam etiam emendari posse uidebatur, siue etiam Hierapydnā, cognatione literarum, nec non ad leniorem sonum. De Therapna sane Strabo, Stephanus, Plinius. Seruius quoque ita scribit, Creta primo habuit centum ciuitates, inde. xxiiii. inde duas, scilicet Cnoson & Hierapydnam. Fuit quando pro Scylifon, Scylifletū suspicaremur, q̄ potuerit id & in Creta quoq; urbis nomē esse. Quando Stephanus Scyllerium Cretæ montem, urbemq; Siciliae memorat, tum & Iouem Scyllium. Cæterum alia mihi semper uisa coniectura melior, ut reponendū sit fortasse, pro Therannas Scylifon, APTERAN. CISAMON. De Aptera Strabo, Steph. & Plinius, qui tamen Apton & Cisamū, genere protulit neutro. Est & nō nulla similitudo eius in cod. his, in quibus Thera scriptū ostendimus. De Cisamo idem Strabo, Ptolemæus, Plinius. Sed

facilius est quod admoneam  
quam quod tradam.

nec absit præcium operæ contemplanti, quo etiam ordine ab ipsis collocentur. Plinius igitur ita scribit. Cretæ oppida insignia Phalafarne, Elea, Cisamum, Pergamum, Cydon, Minoum, Apton, &c. Strabo sic, Cydonia terra ad mare sita est, in Laconiam spectans, abestque pari ab utraque spatio, Gnosso uidelicet & Gortyna, ad stadia octingenta. Ab Aptera uero. LXXX. Ab hoc autem mari. XL. Aptera quidem emporium est Cisamos. De Aptera plura Stephanus, nec non & de causa ipsa nominis, ex argumento contentionis Musarum, Sirenumque.

Pyrrhico repertore, equestres turmas prima docuit lasciuas uertigines implicare. Plinius, Saltationē armatam Curetes docuere, Pyrrhica, Pyrrhus. utranque in Creta. Strabo, Curetem instituisse Pyrrhica saltationē, dicit. Fortasse cui Pyrrhico nomen fuerit. Diomedes namq; scribit, Idæos Dactylos, quos Curetas Corybatesq; poetæ uocant, quorundā opinione tres fuisse, qui Lares crederentur, Damimamentinum, Asteum, Pyrrhicum. Hi uero in Creta insula, dū Iouem custodiunt, ne uagitu se paruulus proderet, excogitato lusus genere, clypeolis æneis inter se concurrētes, tinnitu æris nisi, rhythmica etiā pedis dactyli compositione celauere uocem infantis. Dionysius libro. vii. dum saltatorum apud Romanos apparatus, habitumque describit, utq; bellicos ac uehementes motus proceleumaticis, ut frequentius, rhythmis, æderent, Græcum (inquit) & hoc erat in antiquissimis institutum, Enoplia saltatio, dicta Pyrrhica. siue Pallade prima in Titanorum perditione per choros agere, saltareque cū armis uictoria præ gaudio incipiente. siue adhuc antiquius, Curetibus eā instituentibus, cum lactentem Iouem mulcere uellent armorum strepitu, motuque membrorum, & ritmo. Locus igitur apud Plinium potius in medio linquendus, q̄ uel abolendus, aut in Solinū traducendus. Illud uero affirmauerim deprauatū esse, quod libro octauo ita scriptum est, de elephantis. Vulgare erat per auras arma iacere non auferentibus uentis, atque inter se gladiatorios congressus edere, aut lasciuente pernecitate colludere. Codex siquidem dimidiatus, & e uetustioribus qui haberi credantur habet, LASCIVIENTE. PYRRHICE. Quo profus modo

Plinij loc?

Plinij loc?

MARIANG . ACCVR

In descriptione canum . Viso elephanto notabiliter exultans .  
Legendum , NOTA . IN . LITE . non , Notabiliter .  
Ex uetusto codice .

Asiatæ perinde in Europa siti . Pomponius & Plin . Axiacæ .

Satarchæ usu auri , argenti que damnato , in æternum se a pu-  
blica auaritia abdicauerunt . Pomponius Mela scribit , Sar-  
mataæ auri argenti que , maximarum pestium , ignari , uice rerû com-  
mercia exercent . Corrigendum uero arbitror , SATARCHAE  
De Sarmatis quippe libro tertio , ac diuersa profus , memoriæ pro-  
dit . & superius per transitum Satarchas , ut hoc ipso loco , etiam  
cum Tauris iungit . eodemq; ordine Basilidios , Nomades , Geor-  
gosque subdit . Post Satarchas asperioem habitantium ritum  
persequens idem Mela , ita scribit . Inter epulas quot quisque in-  
terfecerit referre , letissima & frequētissima mentio . binisque pocu-  
lis qui plurimos rettulere perpotatis , interlocantis honos præci-  
pius est . Est uero qui , acutius q̄ uerius , legendum tradiderit ,  
Interlocantur , non Interlocantis . hoc est , interius uel medii , ho-  
noris & dignationis causa , ponuntur . Vt illud ouidianû in Fastis ,  
Et medius iuuenum , non indignantibus ipsis ,

Ibat , & interior si comes unus erat .  
Vt sequatur , Is honos præcipuus est . Nos autem in altero ma-  
nuscripto cod . nec Interlocantis , nec Interlocantur , sed particu-  
lis seiunctis , Interloquentis . altero , Interlocantis , inuenimus . &  
ut arbitror alterutra legitima est . sed , INTER . IOCANTIS  
uerior . q̄ productione tantum a summo literæ unius , error fa-  
cile induci potuit , I , scilicet pro , i . Erit autem sensus , Præcipuû  
uideri honorem inter iocantibus , aut inter loquentibus conuiuas , eo-  
rum qui plurimos a se interfectos rettulissent , quousq; bis pota-  
uerint . Hanc immanitatem his Solinus exequitur . Numero  
cædium honor crescit . quarum expertem esse , apud eos profa-  
num est .

Liuiæ Augusti ad magnitudinem cætum quinquaginta libræ  
inter capitulina donaria crystallum dedicauit . Plin . Magnitudo

DIATRIBAE

amplissima adhuc uisa nobis erat , quam in Capitolio Liuiæ Au-  
gusta dicauerat , librarû circiter quinquaginta . Quæ eius uer-  
ba ostendunt , aut in codicibus suis reponendum , CENTVM  
aut in Solino , CIRCITER .

De Hyperboreis . Incolunt pœne Pterophoron . Scribendû  
PONE . Vetus cod . & Plinius .

Quod æstus e Ponto profluens nunquam reciprocetur . Plin .  
Quoniam æstus semper e Ponto profluens , nunquam reciprocetur  
ad eundem . In quibus ultimæ particulæ , quæ nec in Solino sunt ,  
excludendæ uidentur . s . Ad eundem .

Citra Istrum sita . Alii legunt , Contra austrum . Scriben-  
dum autem , CIRCA . ISTRVM . Plinius , & uetust . cod .

Ex India diebus octo a Bactris usque Dalerion flumen , quod  
influit Oxum annem , peruenire . Plinius , Septem diebus . nō  
Octo . & ad Icarum flumen , non Dalerion .

In descriptione Germaniæ . Mons Cœcus ipse ingens . Plin .  
Mons Seuo . Vetus cod . nunc Seuo , nunc Aeuo .

Ingyrones . Legitur & Ingeuones , & Ingriones . Tacitus  
certe ac Plinius , INGAEVONES . Celebrant , inquit Tacitus ,  
carminibus antiquis ( quod unum apud illos memoriæ , & anna-  
lium genus sit ) Tuistonem deum , terra editum , & filium Mannû ,  
originē gentis , conditorisq; . Manno tris filios assignant . e quo-  
rum nominibus proximi Oceano Ingeuones , medii Hermiones ,  
cæteri Istæuones , uocentur .

Scandinauia insula e regione Germaniæ mittit animal , quale  
Alces , sed cui suffragines , ut elephantis , flecti nequeunt . Plin-  
nius id animal Scandinauicæ insulæ , Alcibus Germaniæ haud dis-  
simile , Machlin nominat . Falluntur ergo , qui etiam hanc  
a Solino Alcem dici , tradidere . Quod autem superius labrum

Plinij locus

Plinij loc.

Pomponij Loc?

Pomponij loc

Interlocantis loc  
Interlocantis loc  
Interlocantis loc



grande propensumq; Plinius Machli, Solinus autem Alcibus Germaniæ tribuant, mouere quoniam non debet. Cum enim similes sint, hoc est Machlis animal quale Alces, intelligi quoque par in utrisque labrum potest. Adeo ut alterutra describatur, utraq; significetur.

De Succino, Pro facie habet nomen. Amelleum dicitur, & Falernum. Vtrunque de similitudine uini, aut utique mellis. Vaticanæ bibliothecæ cod, unus, Melleum, non, Amelleum. Et sane ita ratio postulare uidetur, ut quoniã ex melle nomen sortitum fuerit, Melleum uocitetur. Atq; ita in recetioribus immutatum cod. animaduertimus. Quod equidem substituere, firmareque impresorum notis, non fuissem ausus. Cum uel ipsa præpositio talibus non nunquam simul interueniat, parteisque suas peragat. Virgilius in Georgicis, florem esse quendam in pratis, ait, cui nomen Amello, q; uidelicet legatur prope flumina Mellæ. Galliarum uero amnem eum esse, unde nomen herbæ, floribusque inditum, uelut a Lemano Alemanis populis iuxta locum habitantibus, Seruius affirmat. Plinius denique utrunq; succinum describit, sed Falernum tantum nominat. Summa, inquit, laus Falernis, a uini colore dictis, molli fulgore perspicuis. Sunt & in quibus decocti mellis lenitas placeat. Carmen extat in eandem sententiam, Succina quæ memorant mellis uiniue colore.

Quod est non Dionysii, sed Prisciani, aut certe Rhennii Fannii græcam interpretationem intempestiue (ut mea fert opinio) tam hic, q; sæpe alibi locupletantis. Græci enim uersus tantum hi sunt (ne quisq; ex interpretum libidine asrum Dionysium ista unquam tradidisse opinetur)

κεῖθε δὲ κελτῶν παῖδες ὑφ' ἡμῶν αἰγέροις  
δαρκὺ ἀμείλιγονται χρυσαυγίος ἤλεκτροιο.

Quos interpretis ita reddidit,  
Hic electra legunt alnis stillantia Celtae,  
Succina quæ memorant mellis, uiniue colore.  
Quæ paleas rapiunt tactu, frondesque caducas.  
Cassiodorus libro quinto Epist. Modo, inquit, croceo colore rubens, modo flammea claritate pinguescens. Hæc de electro

cognita, traditaq; nonnullis Veterum. Hodie uero (ut Naturæ sæpe largitas quod aliis Orbis partibus ademerit nequaquam cohibens diuersis impertit) nõ in Glessaria, nec in ulla Germaniarum insula id succi gummiue inueniri gigniq; perhibetur, neque duo tantum eius genera, quæ mel aut uinum colore assimulent, sed quattuor iam in nostrarum ostentationem deliciasque noscuntur. Fului coloris duæ speties. Magis perspicuum (olim Falerni nomine, ut arbitror) Clarum nominant. Quod densum est, minusq; translucidum, Turbidi appellatione, sed tamen prælatum Claro, nec aliud uidetur esse q; quod Amelleum. Tertium candidum, rarius, multoque præstantius cæteris, ideoque etiam indicaturæ carioris, Album uocant, creduntque q; effusum arboribus pinei generis, diutius in maris uado considerit, faciem alienam traxisse. Quartum Nigrum, loco & honore nouissimum. Legitur autem quod fuluū est, & albū in mare sarmatico, longo litorum tractu, ab oppido, cui de captura piscium nomen inditum, nec nisi barbaro sermone nuncupari promptum. Fisch hausen dicunt. Qua eorum appellatione piscium domicilium significetur. Est id autem ad Belgici lacus ostium, Magnæ ditionis Principum ab Ordine Teutonum. Cui dum hæc proximis imperitat Albertus Marchio Brandeburgensis, heros liberalis animæ, & ingenio clarus.

In Germaniæ cõtinentibus Gallica reperitur. Legitur etiam Gallaicus. Neq; aliter adhuc in uetustis cod. comperi. Plinius, Gallaicos argyrodamanti similis est, paulo sordidior. inueniunt autem binæ, uel ternæ. Videtur autem scribendum, CALAIS. Nam calaiten uocat hanc Plinius, quam uel in melanchoryphorum nidis inueniri, sit traditum.

In Gallia. Cebennam ac Liren. Scribendum, GEBEN, NAM. AC. IVRAM. Ex cod. aliis, Iulio Cæsare, Plinio, Marciano, Pomponio, cæteris. Porro, huius loci mentio nos admonuit, ut locum apud Pomponium, in Comata gallia corrigemus. Quem una tantum litera mutata uniuersum dissipat, atque inturbat. Cum mortuos (inquit) cremant ac defodiunt, apta uiuentibus, olim negociorum ratio etiam, & exactio crediti

N

Pomponij locus.

Translatum Dionysius libycus  
a Prisciano aut a Rhennio  
Fannio

Interpretatione locuple  
taræ nemo debet

deferebatur ad Inferos . Legendum itaque , CVM . MOR-  
TVIS . Vt sint manifesta omnia . Quia uidelicet alteram ad  
Manes uitam mortuos fortiri arbitrabantur , ea , quibus in hac uita  
delectati fuissent , una etiam sepeliebant . Vt esset unde mox reui-  
uiscentes sumerent . Commercia præterea , negociaque , atque  
exigenda creditoribus non in superstites plerunque ac filios olim  
exequabantur . Tanquam ita paciscentes conuenerint , atque  
mutuauerint , ut in secunda uita redderentur , componerenturq̃ .  
Valerius Maximus , non Gallis iis , qui uno Comatorum nomi-  
nie in tria quondam populorum genera diuiderentur , sed Bracha-  
tis tantum , qui fuerint deinde Narbonensis Prouinciæ , hanc  
consuetudinem tribuit . Vetus ( inquit ) ille mos Gallorum oc-  
currit , quos memoria proditum est , pecunias mutuas , quæ his  
apud Inferos redderentur , dare . Dicerem stultos , nisi idem Bra-  
chati sensissent , quod palliatus Pythagoras credidit .

Pannonia uiro fortis , & solo plano læta atq̃ uber , Drauo Sauo  
inclytis omnibus circumflua . Sunt qui hæc ita mutillarint castra-  
rintque , Pannonia uiro fortis , & solo læta . Cætera quæ sequun-  
tur excludentes , temerario ausu , licet ea nos eodẽ modo nõ in unis  
uetustis exemplaribus legerimus . Sed Plin , ita scribit , Ad Sep-  
tentriones Pannonia uergit , finitur inde Danubio . In ea colonig  
Mona , Fiscia . Amnes clari & nauigabiles in Danubium fluunt  
Drauus e Noricis uiolētior , Sauus ex alpinis Carnicis placidior .  
Manuscriptus porro cod . ea ipsa ita retinet , PANNONIAE  
VIRO . FORTES . SOLO . PLANO . VBER  
TOQ . DRAVO Sauoq̃ inclytis omnibus CIRCUNFLVAE

De Britannia . Ita ut eam in calydonium usque angulum me-  
tiatur . Scribitur etiam , Metiamur . Quo modo & manuscripti  
quidam habent . Magis uero satisfacit , ut in aliis habetur , uideli-  
cet . ITA . VT . EAM . QVIS . IN . CALYDO-  
NICVM . VSQVE . ANGLVVM . METIATUR .

Nisi interdum æstate a partibus arceantur , in periculum agat  
satias . Dictionem , Aestate , codices uetusti non habent .

nec cur admittenda sit , uidetur . Pompon . sane scribit , Adeo su-  
xuriosa herbis , non lætis modo , sed etiam dulcibus , ut se exigua  
parte diei pecora impleant . & nisi pabulo prohibeantur , diutius  
pasta dissiliant . Similem præterea herbarum folique naturam &  
Arabia , quæ inter Tigrin Euphratenque iacet , Q . Curtius tribuit  
libro quinto .

Circuitus Britannia quadragies octies septuaginta quinque mil-  
passuum sunt . Aliam Marcianus Capella dimensionem facit .  
Circuitus , inquit , tricies octies uiginti quinque millia tenet . Di-  
uersam etiam ab utrisque Plinius , sed & confusam , dum ait ;  
Circuitu patere triginta octo mil . passus . Lxxv . mil . Pytheas &  
Isidorus tradunt . Plinianus autem codex noster manusc . ita ha-  
bet , CIRCUITV . PATERE . XLVIII . passuum  
LXXV . PYTHEAS . ET . ISIDORVS . TRA-  
DVNT . Ideoque uereor ne non & apud Marcianum ita quoq̃  
reponendum sit , CIRCUITVS . QUADRAGES  
OCTIES . SEPTVAGINTA . QVINQVE . MILLIA .

De Gagate lapide . Si decorem requiras , nigro gemmeus .  
Exemplar uetustum , SI . FACIEM . REQUIRAS  
NIGRO . LVCIDIVS . Plinius , Niger est .

Ebusus , quæ a Dianio abest septingenta stadia , serpentem nõ  
habet . Qui , Septem stadia , reposuere , uetusta quædam exempl .  
adiere , Plinium autẽ non consuluere . qui ait , Absunt a Dianio  
septingentis stadiis .

Quidam tamen Lybiam a Lybie Epaphi filia , Africam au-  
tem ab Afro Lybis Herculis filio , potius dicta receperunt . Scri-  
bendum puto , AB . AFRO . LYBE . A quo uno tam Afri-  
cam , q̃ Lybiam uocatam , Marcianus putat . cū scripserit , Africa  
ac Lybia dicta ab Afro Lybe Herculis filio .

Lix quoque colonia . Plinius , Lixos . Marcianus Capella ,  
Eliflos . Sed Ptolemæus , Lix .

*Locus Pliny**Locus Martiam**in cod. inuicem**Lixos**Eliflos**Lix*

De elephantis. Luna nitescēte gregatim amnes petunt. Plin. addit, Noua: Nitescēte, inquit, luna noua. Sunt autē Solini cod. qui habeant, LVNA . ITAQVE . CRESCENTE .

Cæsariensi colonia Cæsaria inest, a diuo Claudio deducta. Legendum uidetur, Cæsariensi, colonia Cæsarea inest. Vetus autem Vaticanæ cod. ita habet, Mauritaniæ est colonia Cæsariana. Vnde non temere fortasse ita quis emendet, MAVRITANIAE . CAESARIENSI . COLONIA . EST . CAESAREA. De Cæsariensi Mauritania Plinius.

Nec ab Icosio taciti recedamus. In non nullis inuenimus, EST . ET . OPPIDVM . ICOSIVM. Apud Marcianum, mēdose legitur Iocosiu, & qui Iconosium, aut Ichnosium, restitue dum putauerunt, uiginti, græcorum numerum, non didicerunt.

Externos in ea plurimos conuentasse, argumentum de urbibus, & locis dabimus. In uetustis aliquot, atque adeo Vaticanæ uno quædam breuis percensio prouinciarum Africa, hoc loco addita legitur. Eamque uir etiam, quantumlibet eruditus ac diligens, iniungi inuulgarique impressis uoluminibus, non dubitauit. Delenda sane, tollendaque. Nam cum probaturum se Solinus dicat argumento urbium ac locorum, plurimos in ea externorum conuentasse, quid nam hic ieiunus prouinciarum, fluuios, montiumque ueluti catalogus uel agit, uel ostendit? Infra quoque similis quædam prouinciarum, montium, ac fl. Africæ replicatio in non nullis manuscriptis exemplaribus occurrit. Quam æque aliquis suscipiat. Multa uero in uetustioribus plerunque libris, aliunde præcepta, & aliena & distona, confunduntur, quæ tu si statim excubi cures, erres. Et nos intra Plinii uolumina non nunquam Solini collectaneorum auulsas partes legimus. Atque in Solino ipso nō pauca, nec unis codicibus, adhuc extant recidenda, ubi de primo diluuiō supra agitur. Contingit enim ut studiosos sepe cura marginibus addat, quæ rerum in libro contentarum uel memoriam fulciant, uel ambigua retegant. Ea; mox librariis æstimanda rei perq̄ rudes, arripiunt, miscētque.

Hipponem alterum, de interfluente freto Diarchium nuncupatum. Scribe, DIARRHITVM. A græcis dictum propter aquarum irrigua, Vt ait Plinius. Qui autem, Diafretum, maluerit, quorum autoritate freti hoc dixerint, ipsi uideant.

Hyenam quoque mittit Africa, cui cum spina riget, collū continua unitate flecti nequit, nisi toto corporis circumactu. Legunt alii, Cum spina rigeat. Vet. codex, QVE, coniunctione addita, rectam ex Plinio sententiam præfert. Legendum ergo, CUI cū spina riget collum, CONTINVAQVE unitate flecti nequit. Plinius, Collum & iuba continuitate spinæ porrigitur, flectique, nisi circumactu totius corporis, nequit.

Eadem Africa onagros mittit. In quo genere singuli imperitant gregibus sceminarum. Plinius, Mares in eo genere singulis sceminarum gregibus imperitant. Vetus autem eius codex habet, SINGVLI . non, Singulis.

Cerastæ præferunt quadrigemina cornicula. Quorum ostentatione, ueluti esca sollicitatas, aues perimunt. Plinius, Quorum motu, reliquo corpore occultato, sollicitent ad se aues. Manusc. cod. Velut esca illicite sollicitatas. Duo in Palatina bibliotheca, VELVT . ESCA . ILLICE . SOLLICITATAS . ex eo plautino in Asinaria, Esca est meretrix, lectus illix. Sed & Apuleius, Venerem animi uocat illicem, & illices oculos.

De Amphisbena. Quæ causa efficit, ut capite uterque sexus nitibundo, serpat tractibus orbiculatis. Dictio inuersa, alteraque addita rem eleganter expressam distrahunt, & obnubunt. Vetus ergo codex ita retinet, Capite utrinque nitibundo. Similis, sed informior adhuc, menda plinianam lectionem, in eiusdem feræ descriptione, scēdauit. Vbi legitur, Geminum caput amphisbenæ, hoc est, & ad caput & ad caudam. Cum sit, ex uetusto codice, scribendum, Geminum caput amphisbenæ, hoc est, ET . A . CAUDA.

locus Martiani

No de mendis librariorum

Plinij loc

Pomponij locus de garramantibus . in primo

De Garamantibus . Armenta gentis istius obliquis cervicibus pabulantur . Nam si recta ad partem ora dirigant , officium pronam in humum cornua , & obnixa . Plinius non Garamantum armenta ea esse , sed Troglodytarum , uideatur asserere , libro . xi . quod capite historia animalium per singula membra tractatur . Potuit ergo Naturæ ueluti obsequio fieri , ut locis etiam non nihil inter se distantibus paria gignerentur . Verum haud satis constitutum habeo , an sit potius in Plinio contractus error . Nam Solini partibus Pomponius , & Herodotus patrocinantur .

Gauleon insulam . Non nulli codices uetusti , Caulonem , Plinius , Gaulon . Item , Scorpiones superiectus illico perimit . Vetus exemplar , SVBACTOS .

Apud Sabales nulla est aurita quadrupes , nec elephantum quidem . Sunt cod . etiam uetusti , qui habeant , Plambaris nulla est aurita quadrupes . Plinius autem ita scribit . Sambri , apud quos quadrupes omnes sine auribus , etiam elephantum . Corrigendum ergo uideatur , aut , SAMBRIS . aut , APVD . SAMBROS .

Ab Oceani æstu ad Meroem , quam insulam amplexu primo Nilus facit , millia passuum sexcenta triginta sunt . Plerique codices , SEXCENTA . VIGINTI . Plinius autem , SEPTINGENTA . VIGINTI . QVINQVE . Ab Oceano ( inquit ) ad Meroem . dcc . xxv . mil . passuum esse , inter authores fere conuenit .

De Rhinocerote . Paripis prope longitudine . Particula , PROPE , uetustis etiam aliquot cod . non habetur . Sed & Plinius ait , Longitudo ei par . Et qui eam belluam paucis ante annis conspexere , hoc idem fatentur . Vidit . n . & Rhinocerote nostra ætas , ex Aethiopia usque Emanueli Lusitanie Regi allatum , ab eoque protinus Leoni . X . Pont . Max . dono missum , ne quid esset aut decimum , aut maximum , quod non pontificatu eius Vrbs Roma sustineret . Sed fracta , qua uehebatur , nauis , cum cæteris muneribus Oriente petitis , quæ eum prosequerentur , interijt .

Aegyptus a Meridie introrsus recedit , quoad præcedant aethiopes . A tergo inferiorem eius partem Nilus circumfluit . Scripsere alii , Inferiorem . Quo modo & uetusta quædam habent exemplaria . Sed Marcianus & Plinius , INFERIOREM , tuentur . Ea enim pars intelligenda est , qua tot ostiis Nilus effusus Aegyptum aegypto mari terminat . Plinius , Aegyptus introrsum ad Meridiem recedens , donec a tergo præcedantur aethiopes . Inferiorem eius partem Nilus , dextra læuaque diuisus , amplexu suo determinat . Canopico ostio ab Africa . ab Asia , Pelusiaco . clxx . mil . passuum intervallo . Quam ob causam inter insulas quidam Aegyptum rettulere . Capella , Aegyptus introrsum ad Meridiem tendit , donec a tergo aethiopes obuersentur . Cuius inferiorem situm Nilus dextra læuaque diuisus amplectitur . Ut Aegyptum Nili possis insulam uocitare . Porro , hæc quæ ex Plinio , Marcianoque rettulimus , ostendunt , AD . MERIDIEM , legendum esse , non a Meridie , atque ad hunc modum totum Solini locum connectendum , AEGYPTVS . AD . MERIDIEM introrsus recedit , quoad præcedant aethiopes a tergo . Inferiorem eius partem Nilus circumfluit . Præsto est & Pomponius . Aegyptus ( inquit ) inter Catabathmon & Arabas ab hoc litore penitus immissa , donec Aethiopia dorso contingat , ad Meridiem refugit .

Deinde in Cæsariensi prorumpens . Legitur etiam , in Cæsariensi specie prorumpens . Vetus nostrum exemplar , & aliud e Vatic . bibl . IN . CAESARIENSI . PENITA . PRORUMPENS . Plinius ait , in Cæsariensis Mauritanie gente Maselylum erumpit .

Septem ostiis conditur , in Meridiem uersus , excipitur aegypto mari . Nemo est , qui nesciat , Nilum in Septentrionem uergi . & Diodorus ait , Nilus a Meridie ad Septentrionem fertur . Quare non in Meridiem scribendum est . sed , in SEPTENTRIONEM . Quam lectionem & in Palat . bibl . codex unus retinet .

Apis natalem memphitici celebrat iactu aureæ patere . Vetus exemplar , LITATIONE . AVREAE . PATERAE .

Nota hæc uerba p  
pomponio

Quod Enhydrus conspicatus, alterum Ichneumonum genus, penetrat belluam. Plures uetusti cod. habent, Quod Ichneumon conspicatus, penetrat belluam. Et sic utique Plinius. Nihil autem mutuo. Nam considerandum uidetur, cur idem Plinius libro trigesimo de Enhydride dicat, huius adipe perunguntur, qui crocodilum captant. Et libro. xxxii. Coluber est in aqua uiues. huius adipem, & fel habentes, qui crocodilos uenentur, mire adiuuari produntur. nihil contra bellua audente.

Ad opem salutarem quamlibet necessari. Vetus exemplar, AD. OPEM. SALUTE. NON. QVALIBET. NECESSARI. Quasi dixerit, Non uulgari, nec incelebri salute, sed momenti omnino magni ad opem eos praesto esse, atq; opitulari. Stuporem uidelicet neruorum excutiendo, & ueneni uim rumpendo, antidoti loco.

Rostro resupino. RESIMO. Plinius, & uetusti codices.

Abedos & ipsa nobilis, olim Memnonis regia. Plin. Abytus. Stephanus <sup>et</sup> Budoc trium ciuitatum nomen esse, tradit. Quarum unam in Aegypto statuit.

L. Papyrio Sp. F. C. Petilio. C. F. Consulibus Romanis; Dictionem Romanis, etiam uetusti quidam cod. non habent.

Iidem Arabes legunt cinamum, &c. Totum hoc, quod ad cinami descriptionem pertinet, in pluribus uet. codicibus non habetur. Ideoque remouendum penitus e Solini lectione, bonis quibusdam uisum est, uel eo, quod haud multo supra, cum de Aetiopibus loqueretur, eadem collegit. Nos autem descriptionem ipsam excludendam, mentionem autem custodiendam credimus. Ut legatur, Iidem Arabes legunt cinamum. Apud eosdem nascitur auis phoenix, &c.

Quos prope Praetam concinnat. Plinius, Pancaiam. Item. Plancio itaque Sextio, & P. Apronio consulibus. Plin. Q. Plautio, & Sex. Papinio.

Plinij locus debet ex  
pendi

Plinij locus  
autem

Tumentes refrenat iras. Rectius, FRANGIT. IRAS. ex uetusto codice. Antea uero quod ab Aegypto pedem referamus, Chemnis insulae nomen apud Pomponium corrigendum est, ac scribendum, CHEMMIS. Quae literula momenti tanti est, ut & in Stephano corrupte legatur Chembis, cum apud eundem Chembis alterius insulae nomen sit, teste etiam Ecatæo. & apud Herodotum in Euterpe Echemmis falso uerterint, coniuncto articulo. cum foret  $\chi\epsilon\mu\mu\iota\varsigma$ . Cur autem mouentem se, natantemque hanc insulam confinxerint, Herodotus ostendit. Sed cur ea de re, haud quaquam tacenda, ne uerbum quidem fecerit Solinus, equidem arbitror, quod idem Herod. neque ullam insulam innare posse autumat, neque Chemmin ullo pacto mobilem, uidisse se, fidem facit.

Est & lacus Sara, extensus pas. xvi. mil. Plinius, Genesara. In lacum, inquit, se fundit, quem Plures Genesaram uocant. xvi. mil. pas. longitudinis, sex mil. latitudinis. Manusc. autem Plinii exemplar habet, Plures gentes Saram uocant. Non est autem temere mutandum. Eum enim Ptolemæus Gennesaritidæ, Ege- sippus Gennesarii lacum uocant. Causamque nominis hic reddit, parumque a Plinio in magnitudine aberrat. In longitudinem xli. extenditur stadia. xl. diffunditur.

Transeo Damascum, Philadelphiam, Araphianam. Plerique cod. Auraphantam. Plinius, Rhaphanam. Quanquam manuscriptor eius codex, Auraphantam.

Cathoten accolæ nominant. Plinius & Marcianus, Capoten.

De fluuio Tigride. In loco ædico, qui Egelos nominatur. Vetus lectio fuit, Elegos: Plinius, Elongosine. Oritur inquit in regione Armeniae Maioris, fonte conspicuo, in planicie. Loco nomen Elongosine est. Manusc. autem Plinii exemplar, Egelosine. Quid si legatur: EGELOS: INEST. Vitædus obiter eorum error, qui in Armenia Minori fluuium oriri hunc, tradiderunt. Item. Apud Zomadam emicat. Plinius, Zoroandam.

Pomponij loc)

Plinij loc)

Plinij loc)

Zmilantis in ipso Euphratis alueo legitur . Apud Plin.  
nium, Zmilaces .

Sagada . Plin. Sagda . Manusc. autē eius cod. Sagada .

De Aëtite lapide . Spem uteri defendit a fluxibus abortiuis .  
Hæc in pluribus cod. tam uetustis q̄ impressis nō habentur . Vi-  
dentur autē non nisi de Plinio sumpta . Lapis ( inquit ) Aëtites,  
in aquilæ repertus nido, custodit partus contra omnes abortuum  
insidias . Sunt autem qui ita reposuerint, In Perside tamen plu-  
mis subnexus, spem uentris defendit a fluxibus abortiui . Codex  
uero unus manuscriptus, In Perside tamen plurimus, in pluribus  
subnexus, spem uteri defendit a fluxibus abortiuis . Plin. de eo  
alibi ita scribit, Aëtitæ omnes grauidis adalligati mulieribus, uel  
quadrupedibus in pelliculis scarificati uteri animalium continent  
partus . Videndū ergo an possit etiam & in hunc modum corrigi.  
IN . PERSIDE . TAMEN . PLVRIMVS . GRAVI-  
DIS . SVBNEXVS spem uteri defendit a fluxibus abortiuis .  
Exploratum est hodie frequenter, hunc lapidem ( quem uulgus  
uocant aquilæ ) feminibus parturientium subnexū, ægris partu-  
bus opitulari, foetumque celerius in lucem dare .

Chalcophthōgos . Plinius, & uetusti aliquot, Chalcophonos.  
Quanq̄ idem est, siue φθόγος, siue φωνή in cōpositione interuenerit.

De monte Tauro . Post Nyphates . Sic & Plinius . Sic &  
apud Marcianum emendandum uidetur, ubi legitur, Nypetes .

De Phrygia . Ab Oriente uicina Lydiæ . Idem Plinius,  
Marcianus autem, Lyciæ . Sed in eo mendum est . Legendum  
itidem, LYDIAE . Nulla enim est Lyciæ cum Phrygia uici-  
nitas, ac ne prospectus quidem .

De Chamæleonte . Facie, qua lacertæ, nisi crura recta & lon-  
giora uentri iungerentur . Aristoteles & Plinius aliter omnino tra-  
didere . Figura & magnitudo, inquit Plin, erat lacerti, nisi crura

essent recta & excelsiora . Latera uentri iunguntur, ut piscibus .  
Aristoteles, Latera deorsum ducta uentri iunguntur, ut piscibus .  
Putet itaque fortasse aliquis ita corrigendum, Nisi crura essent re-  
cta & longiora, latera uentri iungerentur . Sed cum nulli cod. uel  
speciem saltē huius lectionis ostendant, diligentius considerandū .

Pythonoscomos est in Asia . Vetus lectio fuit, Pithon .  
Plinius, Pythonis Come . Manuscriptum autem Plin. exempl.  
& quotquot hætenus Solini uidimus, PYTHONOSCOME .

Eam, quæ ultima aduenerit, laniant uniuersæ . Scribendum  
LANCINANT . Ex uetustis aliquot . Verbum Plinio fre-  
quens . Ac uidetur scholion interpretamentumq̄ fuisse quandoq̄  
illud, Laniant .

Tolos bocci Veturi Ambitoti . Plinius, Tolistobogi, Voturi,  
Ambiani . Strabo quoque Tolistobogos in Galacia reddit . Pro-  
lemæus, Tolibostos eos uocat . Stephanus, Tolistobios . Era-  
tosthenes, Tolistobogios . Liuius libro . xxxviii . Tolostobogos .  
Postremo ( inquit ) cum tres essent gentes Tolostobogi, Trocini,  
Tectosagi . Strabo præterea libro quarto Tælistobogios dicit po-  
pulos e Celticis digressos, & cum Tectosagibus cognatione iunctos .  
Nec fere quisquam est, qui non nouerit, Ambianos Tectosagesq̄  
etiam in Gallia haberi .

Cythoro monte porrecto in spacium trium & sexaginta milliū .  
Plin. Mons Cythoros A Cio . lxxiii . mil . pas . Sunt autē qui emen-  
dandum putent, A Tio . Quoniam a Cio lōge pluribus . p . milli-  
bus distet . Ego autem nescio, cur ea distantia hic Plinio reddēda  
fuerit . Quin & ipsa Solini ex altitudine dimensio, cum nec ab-  
re uideatur, illud etiam uidendum est, an & apud Plinium sit cor-  
rigendum non, A Tio, sed SPATIO .

Eupatoriā Mithridates condidit, quæ subacta Pompeio, Pom-  
peiopolis est dicta . Lego, QVO . SVBACTO . Ut ad Mi-  
thridatē referas, non ex manuscripto solum codice, uerum Plinio,

Tolostobogios

Tolistobogios

Plinio loco

Calpurnius

Calpurnius

Marcianus emendat

Marciani loco

Calpurnius

Marcianoque. Amyso (inquit Plinius) iunctum fuit oppidum Eupatoria, a Mithridate conditum. Victo eo, Pompeiopolis utrunque appellatum est. Capella, Eupatoria, quam Mithridates fecerat. Sed eo uicto, Pompeiopolis appellata.

De Bucephala, Alex. Mag. equo. Cum ab equario suo alias etiam molliter sederetur, accepto regiostratu, neminem unquam alium, præter dominum uehere dignatus. Plin. Neminem hic alium quàm Alexandrū, regio instratus ornatu recepit in sedem, alios passim reiiciens. Vetus autē Plinii exemplar ita habet, NEMINEM . HIC . ALIUM . QVAM . ALEX . REGIO INSTRATV . ORNATVS . RECEPIT . IN SEDEM . ALIAS . PASSIM . RECIPIENS . Admonuit autē me castigationis huius Augustus patavinus. Cuius uitam nomini comparem æque colimus, ac diligenter obseruamus. eruditione uero ita fruimur, ut græcarum ei literarum nostra quantulacunque facultas debere non desinat.

L. Plotium fratrem Planci bis consulis. Plin. L Plotium, L. Plotii bis consulis censorisque fratrem. Verum in manu. eius cod. legitur. L. PLANCI, non. L. Plotii.

Direum. Pliniani cod. nunc Direium, nunc Clareium, nūc etiam aliter habent. Manuscriptum uero exemplar, DIREVM Veluti & in Solino.

Cabyri Naxuchi & Hyrcani. Alii legunt, Capirinaci & Hyrcani. Plinius, Tapyri, Anariaci, Stauri, & Hyrcani. Non est autem temere uel mutandum, uel uetustis exemplaribus credendum. In quibus eadem, sed inter aspernanda, ipsi quoque legimus. Ptolemæus Tapuros circa Caspias Portas nominat. & Strabo ait, Inter Hyrcanos & Arios Tapyros habitare. Et nō multo post, Inter Derbicas, inquit, & Hyrcanos Tabyri dicuntur incolere. Stephanus autem in hunc modum scribit, Tapyrri gens non procul Hyrcania. Sed idem Cabirios nominat, & Cabiriam urbem sub Asia.

Plinij locus

Plinij locus

Diffunditur in stadia . lxxv. Idem ait Marcianus. Itidemque legendū apud Plin. ex manu. cod. Vbi tantū legitur, Lxx.

Apamei. Legitur etiam Apalei. Quomodo est & in pluribus manu. Plinius, celeberrimos Scytharum enumerans, nec Apameos, nec Apaleos nominat. Sed ita subdit, Ibi Napei interisse dicuntur, & Apellei. Illud adde, quod idē in nulla alia parte maiorem authorū inconstantiam credit, propter innumeras, uasque gentes.

De Camelis. Arabici bina tubera in dorso habent, singula bactriani. Contrarium a Plinio asseritur. Bactriæ (inquit) & Arabiæ differunt, quod illi bina habent tubera in dorso, hi singula. Videntur autem in uariam id accepisse partem, quod ab Aristotele in secundo de Nat. Animalium ita traditur, utique sub ancipiti, Διαφέρουσι δ' αὖ βάρτεροι τῶν ἀραβίων. αἱ μὲν γὰρ δύο ἔχουσιν ὄρους. αἱ δ' ἓνα μόνον. hoc est, Bactriani ab arabicis differunt. Alteris enim bina, alteris singula tubera habentur. Alioqui Diodorus in Arabia multa, & diuersa Camelorum scribit esse genera, tam pinguium, quàm macilentorum. quorum non nullis sit duplex in dorso gibbus, a quo & Ditylli uocentur.

Attacenus sinus, & gens Attacorum. Plinius, Attanus sinus, & gens hominum Attacorum. Nec aliter in uetustis Solini codicibus inuenimus. Marcianus autem Attacorum uocat etiam sinum. Attacorus, inquit, sinus Hyperboreis beatitate consimilis, quo incolæ gratulantur. Qui circuitu uallium auras nesciunt pestilentes.

Gnarissimi Ciconas locauerunt. Fortasse, IGNARISIMIMI. Nam Marcianus, post Attacorum sinum scribit. Dehinc India, nam Ciconas in medio error astruxit. Confirmat id & Plinius.

A medis motibus auspicatur India. Alii scripsere, Ab Emoadis montibus. Ac sic utiq; Plinius. Codices Solini manuscripti

Plinij locus

Plinij locus

quos hactenus uiderimus, non nisi A Medis, habent. Et Marcianus ait, A Medis montibus inchoat India. Nisi sit in utroque mendum. Sunt autem Emodi montes, qui post Scythas extra Imauum sequuntur, Indiae sane terminus a Septentrione, etiam Ptolemæo. Pomponius tamen ea parte Orbis, Indiae initium, Taurum montem statuit.

A meridiano mari porrecta, adeo fauonii spiritu saluberrima. Sunt qui, pleraque mutantes, pleraque adiicientes, ita locum uniuersum redigendum aestiment. A meridiano mari porrecta ad eum, & a Septentrione usque ad montem Caucazum. Terra eius fauonii spiritu saluberrima. Quo sane modo & uet. plures habent cod. Qui utinam non saepius deprauatissimi forent, nec tantum quilibet his confusus stigmata, foedatque notas libris inscriberet. Quid enim oporteat duplicem Indiae terminum constituere a Septentrione? Emodi enim inde ei termini sunt, ut paulo ante rettulimus. Solinus quidem a Scythis pergit ad Attacoros. Unde Indiam ingresso Emodi statim montes erant referendi. Mox & ab Oriente, & a Meridie limites constituit. Qua uero ab Occidente terminetur, omisit. Indum scilicet fluuium. Pomponius Mela, Notissima India, non Eoo tantum apposita pelago, sed & ei, quod ad Meridiem spectans Indicum diximus. & hinc Tauri iugis, ab Occidente Indo finita. Nihil ergo in Solino addendum uidetur. tantum legendum, AD . E O V M . quod fuit, Adeo. Quam animaduersionem non solum ratio, manuscriptumque exemplum sed & Plinius, Marcianusque confirmant. A Medis montibus (inquit Marcianus) inchoat India. Nam in Eo mare a meridiano porrecta, salubris fauonii uegetabilibus flabris, secunda aestate annis singulis uegetatur, bisque frugem metit. Plinius. Non Eoo tantum mari adiacens, uerum & a meridiano, quod Indicum appellauimus.

Tradunt ergo in India fuisse quinque millia oppidorum praecipua capacitate, populorum nouem millium. Linenda ultima particula uidetur. Strabo, Regionem, quae inter Hypanim est & Hydaspem, nouem nationes habere dicuntur, ciuitates uero

Pomponij locus

ad quinque millia, non minores Co. Plinius, Quinque millia oppidorum fuisse, nullum Co minus. Gentium nouem. His porro authoribus, eorum manifestus error sit, qui, xv. mil. oppidorum, emendarunt. sed & Marciano, qui ait, Quinque millia habuit oppidorum. Inspargitur haec utique in codicibus frequens macula, labelsque contrahitur, facilius quam ut uideatur his, qui putent dictionem Millia aut addi temere, aut praeteriri segniter. Tantum enim una linea erroris utriusque dux est. Quae, cum superscribitur, millenarium facit numerum. Notauimus in uetustis & marmoribus, & uoluminibus scripturam istam usu Vetez tam custoditam antea, quam postea uel ignoratam, uel neglectam. Errare uero eos proculdubio putamus, qui praetermitti saepe uocem Millia existimantes, subintelligi more quodam posse, praedicant. Plinianus est apud me codex, qui collectionem quaque numeri aliter, quam singularium literarum indicibus, nunquam fere monstrat. neque millenarii uel nota saltem usquam ostenditur, sed solum linea, quae (ut diximus) id explicet. Fieri ergo potuit, ut in Solino scriptum olim fuerit, POPVLO, RVM . VIII. superinducta uidelicet linea, excipientium frequenti abusu, ideoque aliis rem interpretantibus, factum postea, Populorum nouem millia.

Ab hoc ad Alex. Mag. numerantur annorum, vi. mil. cccc. li. Plin. vi. mil. cccc. ii. librariorum culpa. i. pro. l. scribentium, Lege igitur, LI. ex Solino, & uet. exempl.

De fl. Gange. Altitudo, ubi uaduosissimus est, mensuram centum pedum deuorat. Marcianus, Latitudo Gangis ubi diffusior, xx. millia passuum. Vbi angustissima, viii. Profundus pedibus centum millia. Excipientium errore haud dubie. Videtur ergo excludendum, Millia. Sed & Plinius ait, Altitudine nusquam minore passuum, xx. Idem, Strabo. Nam quod ad latitudinem pertinet, Plinius scribit, Vbi minimum, viii. mil. passuum latitudine, ubi modicum, stadiorum centum. Pomponius uero ait, Quando angustissime fluit, decem millia passuum patens. Strabo autem inquit, Quidam minimam eius latitudinem, xxx. stadiorum dicunt, quidam trium. Megasthenes, cum moderatus est, in centum dilatari.

Nota linea transuersam superne posita significare multiplicationem per mille.

Plinij locus

Marciani locus



Plinij loc?

De Rege Gangaridum . Peditum sexaginta millia in apparatu belli habet . Plinius, Lxx. millia . Eius autem manuſc. codex. LX.

Quietum ibi eminentiſſimæ ſapientiæ genus eſt, uita repletos incenſis rogis mortem accerſere . Scribendum uidetur, QVIN. TVM. non, Quietum . Tum q̄ Indorum quattuor genera prædicta ſunt, tum etiam q̄ Plinius ita ſcribit, Quintum genus celebratæ illic, & prope in religionem uerſæ ſapientiæ deditum, uoluntaria ſemper morte uitam, accenſo prius rogo, finit . Strabo porro, Diodorusque uniuerſam Indorum multitudinem in ſeptem genera diſpartiri ſolitam, referunt . Nam primum genus philoſophorum côm memorant, alterum, agricolarum, tertium, paſtorum uenantiumq̄, quartum, artes corporaq̄ exercentium, quintum, bellatorum, ſextum, præſidum, ſeptimum, conſiliariorum Regique aſſidentium . Totidem Aegyptiorum genera tradit Herodotus in Euterpe . ac cum Indis in numero conueniunt, cum ſint in muneribus uarii . Diuiſos quippe eos, ait, in ſacerdotes, pugnatores, bubulcos, ſubulcos, inſtitores, interpretes, gubernatores nauales.

Equitum quattuor millia in armis habet . In quibuſdam exemplaribus diuerſi numeri reperiuntur . Habent enim, Equitum liiii. millia . Plinius tamen, Quattuor millia.

Elephantorum octo millia omnibus diebus ad ſtipendiũ uocat . Plinius, Nouem millia .

Indo proximantes flumini, uerſa ad Meridiẽ plaga, ultra alios torrentur calore . Denique uim ſideris prodiit hominum color . Conuenit hac in re uel Plinius, A Gange ( inquit ) uerſa ad Meridiem plaga, tanguntur Sole populi, iam quidem infecti, nõ dum tamen æthiopum modo exuſti . Pomponius autem aliter ſentire uidetur, ita ſcribens, A Gange ad Iolida Niſii . Vbi magis q̄ ubi habitetur exæſtuat, atræ gentes, & quodãmodo æthiopes . Verum ego deprauatum locũ arbitror, ac legendũ eſſe, NIſI . non Niſii .

Locus pomponij

hoc modo, A Gange ad Iolida ( niſi ubi magis, q̄ ubi habitetur, exæſtuat ) atræ gentes, & quodãmodo æthiopes .

In deſcriptione Indiæ . Sunt qui proximos, parentesque, priuſq̄ annis, aut ægritudine in maciem eant, & intabeant, uelut hoſtias cædunt . &c. Pomponius, Quidam proximi parentes, priuſquam annis, aut ægritudine in maciem eant, uelut hoſtias cædunt . In alterutro ergo mendum eſſe uidetur . Cæterum, ut apud Melam potius erratũ putem, facit, q̄ ægre in pomponiano candore quis recipiat, ut uerbum parentes, pro affinibus intelligatur . Cum ergo ab eo mutuatus hæc ipſa Solinus ſcripſerit, addubito ne ſit, PROXIMOS . PARENTESQVE, corrigendum etiam in Mela . Ut intelligamus, miniſterium hoc, quibus filii non ſunt, proximos & iunctos magis ſanguine præſtare . Horum porro uſurpaſſe diſciplinam Maſſagetæ uidentur . Cum de his Herodotus ita ſcribat in Clio, Terminus uitæ nullus eis propoſitus eſt . Vbi quis admodum ſenuit, eum conuenientes proximi, quique cognati immolant, & cum eo aliquot pecudes . Quarum carnis pro epulo, ubi decoxerunt, ueſcuntur . Quod genus obitus apud eos beatiffimum habetur . Præterea, ſupra dictis ita ſtatim Pompon. ſubdit, At ubi ſenectus aut morbus inceſſit, procul a cæteris abeunt, mortemq̄ in ſolitudine nihil anxii expectant . Sed cum de prædictorũ genere dici hæc ipſa nequeant, ſcribi poſſit, ALII . VBI . non, At ubi . Nam Solinus ita ſubiungit ſtatim & ipſe, Sunt qui, cum incubuere morbi, procul a cæteris in ſecreta abeunt, nihil anxie mortem expectantes .

Aſtiacanorum . Plinius, Aſpagonarum .

Quæ officioſior cæteris ſententia uicerit iudicantium; Magis placet, ut eſt in non nullis cod. ET . QVAE . OFFICIO; CAETERAS . Sententia Vicerit Iudicantium .

Ipſa aſini magnitudine . Vetus lectio, & Plinius, Aſini fere magnitudine . Solini porro, quos equidem uiderim, uetulti cod. ASIINI . FERI . non, Fere . Ut ſit ad onagros referendum .

Plinij loc?

Plinij loc?

Pomponij loc?

Pomponij loc?

Quorum in Phrygia & Lycaonia sunt greges multi. Vt testatur Varro. Vereor autem, ne hoc modo legendum sit & in Plinio.

Cerui clunibus. Manusc. exemplar, Cruribus. Plinius quoque, Cruribus. Sed apud eum non dissonat. Quoniam quæ in Solino sequuntur, uidelicet, Pectore ac cruribus leonis. in eo sunt, Collo, cauda, pectore leonis. Cæterum, manusc. Plinii cod. habet, CLVNIBVS. Quomodo tam mihi uidetur in Plinio reponendum, quæ etiam in Solino confirmandum.

Capite camelino. Legendum, CAPITE. MELIVM. Ex Plinio, & fere uetustis codicibus. Qui modo Cameleon habent, modo Elium.

Est & Eale, alias ut equus. Plinius addit, Fluuiialis. Nam subditur hic, Hippopotamis comparatur, & ipsa sane aquis fluminum gaudet.

Tubarumque continentium. In non nullis manuscriptis exempl. hæc non inuenimus. excludenda tamen ideo non fuere, ut quidam fecerunt, sed emendandum potius, TVBARVM QVE. CONCENTVS, ex Plin. Vocis, inquit, ut si misceatur fistulæ, & tubæ concentus. Aut etiam, TVBARVMQVE. CONCINENTIVM. Vt repetatur, Modulos.

Alueos nauigantium. Scribo, NAVIVM.

De psytaco. Quodam quasi præsidio utatur extraordinariæ firmitatis. Vetus cod. EXTRARIAE. Propria enim firmitas, qua ferri, quaque inniti deberet, pedes sunt. Sed eis cum infirmus sit, leuiorem se (ubi opus est) facit aliena, hoc est rostri duritie.

Lingua lata, multoque latior, quæ cæteris auibus. Rectius, LINGVA. EI. LATIOR. Ex uetusto codice, &

Apuleio in Floridis, Lingua (inquit) eis latior, quæ cæteris auibus, eo facilius uerba hominis articulatur, patientiore plectro & palato.

Eorum, qui primus erumpit, uelut corylorum fimbria, dicitur Piper Longum. Quod incorruptum est, Piper Album. Quorum cutem rugosam & torridam calor fecerit, nomen trahit de colore, Piper Nigrum. Qui deinde caducus torretur feruido Sole, uocamen trahit de colore. Sunt qui his omnibus hæc addiderint, At quod ex ipsa arbore stringitur, ut est Album Piper dicitur. Et præterea illa excluderint, Nomen trahit de colore. Quo modo reducta fere simul omnia & in cod. uno Vaticanæ bibl. animaduertimus & nos. In quo etiam uerba illa, Piper Longum, non habentur. Sed quid tandem hæc ipsa significant, plane nescimus. Plinius ita scribit, Hæc priusquam dehiscant decerptæ, tostæque Sole, faciunt quod uocatur Piper Longum. Paulatim uero dehiscentes per maturitatem, ostendunt Candidum Piper. Quod deinde tostum solibus, colore rugisque mutatur. Quapropter, ne superflua quæ sunt, quæ uel probationis expertia, temere recipiantur, non improbanda mihi cum nostri, tum alterius in eadē bibliotheca cod. uetustioris lectio uidetur, in hunc modum habentis. Eorum qui pene immaturi exeunt, dicitur Piper Longum. Quod incorruptum est, Piper Album. Quorum cutem rugosam, & torridam calor fecerit, nomen trahunt de colore. Neque minus congrue quis ita legat. Eorum, qui primus erumpit, uelut corylorum fimbria, dicitur Piper Longum. Quod incorruptum est, Piper Album. Quorum cutem rugosam & torridam calor fecerit, Piper Nigrum. Nigrum enim Piper indicant illa, Nomen, seu uocamen, trahunt de colore. Esse autem illud, de quo Plinius ait, Quod deinde tostum solibus, colore rugisque mutatur, palam est, & Plinius idem denotat, cum paulo post inquit, Gratius Nigrum, leniusque utroque Candidum. Ex Dioscoride, qui tria quoque eius genera & ipse facit, Longum uidelicet, Candidum, Nigrum. Vnde porro tanta in Solini codicibus uarietas, ac plerumque etiam repugnantia, equidem ut non nulla librariis imputauerim, ita etiam non uno modo ab authore ipso quandoque scripta crediderim, dum intercepta Collectanea rudia adhuc & inchoata impatiētes

alii in medium dedere, & dum postea digestum sententia sua Polyhistora, cognoscendum ipse omnibus exhibuit, atque edidit. Magno itaque iudicio opus esse admonuerim, antequam libro suo studiosus quicquam indat, aut linat.

De adamante. Pautantium uanos metus pessant. Scribitur etiam, Mentium. pro, Pautantium. Quo modo legendum esse, praesto sunt uet. cod. & Plin. qui sic ait, Metusque natos expellita mente. Ob id quidam Eunachitum uocauerunt. In quibus eius uerbis non est, ut Metus noctis, pro NATOS, reponendum, ex aliorum castigatione, putemus. Sed ut VANOS scribamus. Ex hoc uel maxime Solini loco, & manusc. nostro exemplari.

Nunc reddemus, quot adamantum sint species, & quis color, quique eximius. Ex manusc. codice legendum uidetur, ET. QVIS. COLOR. CUIQUE. EXIMIUS. IN. QVODAM. CRYSTALLI. GENERE. IN. VENITVR. &c. Sequitur enim, Huic proximus, & reliqua. Sic & paulo post de berillis, Berillorum genus diuiditur in speciem multifariam. Eximii interueniente glauci & caerulei temperamento, quandam praefereunt puri maris gratiam. Animaduertendum praeterea, in quarto eius genere colorem promissum praetermissum uideri. Nisi sit illa potius amplectenda ratio, de qua iam iam dicemus. Vt cunque, oblitum sui Solinum, inhumanum est putare, multoque magis fateri de eo, quem tot manus attriuerint, ut nec color ferme, neque species authoris sui, ulla parte operis perduret.

Et plurimum ualet in medicamine, qui Sidentes appellatur. Manuscripti cod. haec quidem non habent. Vnde quibusdam occasio praebita, e uulgatis etiam codicibus amouendi. Quorum si sequuti opinionem fuerimus, uereor ne multa simul hic labefactentur. Potius ergo corrigendum uidetur non Sidentes, sed Cyprius. Plinius loquutus de Sexangulorum, & Arabicorum genere, nec non & de Cenchro, ac Macedonico, ita subdit, Post

*Præbita*

hoc Cyprius uocatur, in Cypro repertus, uergens in æreum colorem. sed in medicina (ut dicemus) efficacissimus. Possit autem, affiniori uoce, legi SIDERITES. non, Cyprius. ac cum sequentibus iungi, in hunc modum, Qui Siderites appellatur quartus, in metallis ferrariis legitur. Nam supradictis ita statim innectit idem Plinius, Post hunc est Siderites, ferrei splendoris, pondere ante ceteros, sed natura dissimilis. Nam & ictibus frangitur, & alio adamante perforatur. Quod si ita corrigatur, sequetur etiam illa commoditas, ut in quarto adamantum genere, color non omnino praetermissus uideatur, sed expressus, dum dicit, Siderites appellatur. & In metallis ferrariis legitur, dumque etiam constat *σίδηρον* ferrum dici. Porro Plin. adamantum genera reddit sex. Solinus, eius species redditurum pollicitus, quattuor tantum exequitur, Cenchron, Macedonicumque praeteriens, uel ut minus nobiles, uel quae non plura genera probarit.

Nam & hi, qui in Cypro deprehenduntur, frangi queunt, plerique etiam adamante altero perforantur. Codices uetusti, NAM. ET. HIC. ET. QVI. IN. CYPRO. DEPREHENDITVR. Eoque emendandum modo est: Plinius enim de Siderite ita scribit, Ictibus frangitur, & alio adamante perforari potest. Quod & Cyprio euenit.

Aut meracius suffunditur coco rubore. Alii reponunt, Croci. Legendum uero, COCCI. RVBORE. Vt non nulli manusc. custodiunt. Aut etiã, COCCINO. RVBORE. Aut, COCCO. exclusa particula, Rubore. Plin. Vnam, quae purpura radiet, alteram, quae cocco.

Chrysoprasos quoque ex auro, & purpureo mixtam lucem trahentes, aequae berillorum generi adiudicauerunt. Vetus cod. CHRYSOPRASOS quoque ex auro & PURPURA CEV mixtam lucem TRAHENS, aequae Berillorum generi ADIUDICATVR. Rectius enim uidetur, ut Chrysoprasos nominandi sit casus. Cæterum, Chrysopraso usque adeo cum

purpura non est concordia, ut nec compositio quidem ulla esse possit. Videndū igitur, an legi debeat, EX . AVRO . ET . PORR O . non Purpura. <sup>et aliorum</sup> enim porrum græcis est. & Plinius ita scribit. Præfertur his Chrysoprasus, porri succum & ipsa referente, sed & paulum declinans a topatio in aurum.

De Taprobane insula. Parseius bestiis, & elephantis repleta est. In non nullis cod. dictionem, BESTIIS, non inuenimus. Nec sane admittunt eam Strabo, Marcianus, Plinius.

A Prasia, Indorum gente. Plin. A Prasiana. Indiæ (inquit) prætenta, & quondam credita. xx. dierum nauigatione a prasiana gente distare. Mox quia papyraceis nauibus armamentisque Nili peteretur ad nostrarum nauium cursus. vii. dierum interuallo taxato. Capella, In quam septem dierum iter, ut romanis nauibus approbatum. Collatis horum testimoniis, & Solini locus distinctius aperitur, & apud Plinium per parenthesis scribenda ostenduntur illa (Quia papyraceis nauibus, armamentisque Nili peteretur.) Aliter enim, confusa omnia. Quanquam sic etiam uix eloquenter.

Lunam ab octaua in sextam decimam tantum supra Terram uident. Idem Marcianus ait ad uerbum, Plinius autem, Ab octaua in quintam decimam. Sed apud eum itidē scribendum, XVI. Ex manusc. cod.

Solem orientem dextra habent, occidentē sinistra. Contraria his prodidere Marcian. & Plin. Solem (inquit Plin.) a læua oriri, & in dextra occidere, potiusquam e diuerso. Capella, Sol ortiuus in læua conspicitur. Cæterum, in hac tradentium diuersitate, utinam quis eorum magis probandus, nō quis minus improbandus, quæreretur. Quando quidē Sol oriens dextra his haberi, occidens sinistra, aut e diuerso, tum Luna ab octaua in sextam decimam supra Terram uideri, qui possit, quæ congruens sit mathescos ratio, sane hac ætate usq; adeo in occulto est, ut etiam errasse toto Cælo, qui sic scripserint, existimentur.

Quaternis non amplius in anno mēsisibus nauigatur. Continet in hoc numero & Marcianus. Plinius autem ait, Non plus quaternis mensibus in anno nauigant. Sed fortasse emendari possit, NON . PLVS . QVATERNIS .

Tracia Principe, legatos ad nos usque misit. Legitur etiam Rachia. Nec aliter Plinius. Vtcunque, dum ipsorum legatorū primum intelligamus. Ridiculum est enim, qd Traianum hic alii corrigendum putauere, Imperatorem significantes. Explorendumque, ut & alia multa, quæ nos, quoties fuit licitum, dissimulanter transegimus. Velut etiam errantium, & deprauantiū nominibus semper pepercimus.

Quadragenta ergo rectores accipit. Plinius, & Capella. xxx. Quanquam Plinii cod. manusc. non. xxx. sed. XL. retinet.

Denique quoties excipiunt matutini aëris semen, fit clarius Margaritum. quoties uespere, fit obscurius. Supra atque infra paulo, nec non etiam quotiescunque nominandam se se obtulit, fœminino genere Margaritam dixit hætenus Solinus. Neque aliter hic quoque, q̄ CLARIOR . MARGARITA . & . OBSCURIOR . legerim. Cum præsertim, quos uiderimus, uetusti codices haud secus habeant. Et si non est ignorandum, quod grammatici obseruant, Margaritum dici, margaritam, margariten, margarim. Qua de re libet etiam Fl. Sosipatris Charisii sententiam referre. Margarita, an margaritum dicendum sit, quæritur. Et ferunt peritiores, huius conchæ ipsum corpus, quo plena est, animale esse. Et ideo secundum superius catholicum canonem fœminino genere margaritam proferendum, quemadmodum, ostream. Ego uero contra sentio. Non enim ipsa carnis, qua concha prægnans est, margaritum est. sed dicitur inesse illi calculus hic, quem nos margaritum uocamus. Sicut in cerebris piscium lapilli quidam sunt, nec ideo animales sunt. Quare cum materia, in qua margaritum nascitur, animalis, ipse hic calculus, qui nascitur, in animalis sit, longe suauius, salua obseruatione superioris catholici, margaritum neutrali genere

Plinij loc?

Plinij loc?

Plinij loc?

Plinij loc?

Flavius Sosipater Charisius

dicitur . Hactenus ille . Sed & alio quoque loco ita præcipit .  
Margarita fœminini generis est . q̄ græca nomina . u. . terminata in  
a . transeunt , & fiunt fœminina . Vt ὀχέτης , hæc charta . ὀμαγ  
γείτης , margarita . Aut communia . ἀθλητής , athleta . Ergo  
neutraliter hoc margaritum dicere , uiciosum est . & tamen multi  
dixerunt . Vt Valgius in epigrammate , situ rugosa , rotunda  
margarita . Et Varro Epistolarum . viii . Margaritum unum ,  
margarita plura . Sed idem Varro sepe , & alii plures , Margarita  
fœminine dixerunt . In genitiuo tamen plurali non nisi fœmini  
no genere , margaritarum . Nec prætereundum illud , quod  
dum interim Charisium perlegimus , ad Aufonii Ternarium ema  
culandum pertinere agnouimus . Vbi enim manuscripti quoque  
codices habent , SECVS . iam , uel Sexus , legitur . uel , Decus .  
Vesta , Ceres , & Iuno , secus muliebre , sorores .

Est id autem , ut Sospater existimat , neutri generis nomen . Vn  
de & Sallustius Virile secus , dixit . hoc est , Virilis sexus . Quod  
per omnes casus forma integra declinetur . Affectasse denique  
Auf . hanc uocē , minus sane omnibus intellectam , potius q̄ Sexus ,  
argumento est in primis , q̄ præfatus idem est , Eiusmodi edyllia  
nisi uel obscura sint , nihil futura .

Nunquam duo simul reperiuntur . Vnde Vnionibus nomen  
datum . Parui res momenti , quæ tractatur , magis ut miremur ,  
facit , quid tā procul ab opinione Plinii Solinus abscefferit . Cum  
præterea cognosci detur , Naturales illius historias , dū Polyhisto  
ra digereret , in primis euoluisset , sic ut metaphrastes eius & μακρο  
βλήτης , non iniuria uocari meruerit . Haud enim ( si aduertas ani  
mum ) seiunctos inueniri Vniones , tradit Plinius , sed ob multa  
differētes , ac dissimiles . dum ait , Dos omnis in candore , magni  
tudine , orbe , leuore , pondere . haud promptis rebus . in tantum  
ut nulli duo reperiantur indiscreti , unde nomē Vnionum roma  
næ scilicet imposuere deliciæ . In quibus nec ignoro fore aliquos ,  
qui uocem Indiscreti , pro inseparatis , unaq̄ coniunctis , acceptam  
Iulio Solino contendant . aut certe , uaria censerit hæc perinde atq̄  
illa , quæ statim sequuntur , Ultra semunciales inuentos negant .  
Cum tamen idē Plinius addiderit , Pondus ad hoc aui semunciarum

pauci singulis scrupulis excessere . Cæterum cum in codi  
cibus ( quos sequamur ) inuenire aliter non dum contigerit , inte  
rim crediderim , scriptum ab authore , SIMILES . non , Simul .  
corruptumque locum , atque in affinem commutatam , errore con  
uenter imperiteque excribētium , cum fuerit fortasse paucioribus ,  
de more , notis , ac nouissima per scripta , hunc in modū , Siml .

Atque ita nauigatio , in qua Solis insula , rubens semper , &  
omni animantium generi inaccessa . Vetus exemplar parti  
culam , SEMPER , non habet . Quanquam neque etiam  
sine ea , res constat . Plinius enim Soliseam insulam appella  
tam tradit , & Cubile Nympharum Rubens . Insulam ( inquit )  
quæ Solis appellatur , & eadem Cubile Nympharum Rubens .  
Marcianus quoque ita scribit , Nec longe insula Solis , quæ di  
citur & Nympharum Cubile Rubens , in qua omne animal ui fer  
uoris absumitur .

Ab Azamo Carmaniæ flumine . Scribendum uidetur , AB  
HYTANI . Ex Plinio , Marcianoque , & fere uetusto exempl  
in quo , Itani , scriptum est .

De sinu Persico . Vicies & sexages centena millia passuum cir  
cuitu patens . Marcianus , Qui sinus uicies & . lx . mil .  
circuitu patet . Plinius Eratosthenem sequutus , xxv . mil . pas .  
In quo sit error , uidendum . In Plinio certe perinde informior ,  
q̄ manifestior uidetur , & manu sc . eius codex habet . c . xxv .

Carmaniæ Persis annectitur . Cod . plerique & Capella , Car  
mania persis annectitur . Tanquam Persis dandī casus sit , non  
nominandi . Verum apud Capellam quoq̄ scribendū uidetur ,  
CARMANIAE . PERSIS . ADIVNGITVR . Ser  
mo quippe est de Perside . Idq̄ uel ex Plin . colligitur .

Litore quo Occasui obiacet porrecta in mil . pas . quinquaginta .  
Manusc . exēplar , Quingenta . Plin . & Marcianus utrunq̄ , hoc  
est , QVINGENTA . QVINQVAGINTA .  
P

Aufonii loci insignis

Secus . i . sexus

Metaphrastes plinij solini

Plinij codex corre  
ctu

Marciani hoc

MARIANG . ACCVR .

A Sufis Barbite oppidum . c . xxxv . mil . pas . distat . Vetus codex . Arbile , siue Barbite . Talemque sequutos eos , crediderim , qui , nihil ultra querentes , eodem modo imprimi curauerunt . Marcianus certe , Carbile siue Babytace . Ita enim scribit , Oppidum ibi nobile Sufæ , in quo templum Dianæ Sufæ . Iuxta Carbile siue Babytace in . c . xxx . millibus . Scribendum autem uidetur non . c . xxx . Sed . C . XXXV . Ex Plinio Solinoque . Tigridis alueo ( inquit Plinius ) oppidum est Babytace , abest a Sufis . c . xxxv . mil . passuum . De Babytace denique constare iam possit non e Capella Plinioque solum , sed & Stephano . Arbile uero , aut Carbile an addenda sit , alii uiderint .

Parthia , quanta omnis est , a Meridie Rubrum mare , a Septentrione Hyrcanū salum claudit . Scribendū , PARTHIAM .

Ab armenio litore , & caspio litore . Vetus lectio , AB ARMENIO . LIMITE . hoc est , ut ait Plinius , a confinio Armeniæ , caspiisque litoribus . Contrarium omnino scribunt , qui reponunt , Ab armenio litore , & caspio limite .

De muro Babilonis . Altitudo ducentos pedes detinet . Latitudo quinquaginta , ternis in singulos pedes digitis , ultra quæ mensura nostra est , altioribus . Rectius , AVCTIORIBVS . Ut est in uetustis aliquot . Pedis porro , digitorumque mensuram ex antiquo lapide in hortis Angeli Colotii , ad ductum aquæ Virginis , inuenies .

Malichum insulam . Item , Ad insulam Adanum . Plinius Malacum , & Sadanum . Nisi potius in eomendum uideatur . Ptolemæus enim insulas regioni adiacentes iuxta Arabicū sinum percurrens , Malachi ( inquit ) duæ , Adani duæ .

Sic confici ad apertum mare decies octies cetera & septuaginta millia . Plinius . xviii . lxxxv . mil . pas . Sed in manuscripto eius codice , & non nullis Solini . LXXV .

DIATRIBAE

Ita exquisito Atlantico mari usque in Occasum , etiam Gorgadum Xenophon meminit insularum . Marcianus Capella , & Plinius Xenophontem itidem sequutus , Gorgones . non , Gorgades . Pomponius autem ait , Insulæ Dorcades , domus , ut aiunt , aliquando Gorgonum . Quid si in eo scribatur eodem modo , GORGADES ? Voce uidelicet Gorgonibus monstris affiniori .

De Fortunatis insulis . In prima earum ( cui nomen est Norion ) aedificia non sunt . Plinius , Ombrion . Marcianus , Ombriona .

Ferulæ ibi surgunt ad arboris magnitudinem . Plinius , Arborea similes ferulæ . Nisi quis legendum magis putet , ARBORIBVS . SIMILES . FERVLAE . Quod est uerisimilius multo , lætam eius soli atque uberem de fama nominis naturam tradentibus .

Tertia huic proximat eodem nomine . Plinius , Ab Iunonia in uicino eodem nomine minorem . Marcianus uero ipsam hanc insulam Theodē uocat . Vnde in sententiam quandoque uenimus , nec id temere , apud Plin . ita reponendū , AB . IUNONIA IN . VICINO . THEODEM . MINOREM . In Solino pariter sic , TERTIA . HVIC . PROXIMAT . THEODE . Quod si quis etiam in uno Marciano labem contractam malit , non indignum forte duxerit , ut pro Theode , EODEM . NOMINE . substituatur . Sed hæc tantum monentur a nobis , non mutantur . Nam & Ptolemæus præter Canariam & Iunonis insulam , reliquas appellat ἀγροίτων , ἀλιτάραν , κασπερίαν , παντάρειαν .

Deinde Canaria , plena canibus , forma etiam eminentissimis . Vnde etiam duo exhibitæ Iubæ Regi . Plinius , Ex quibus perducti sunt a Iuba duo . Legendum uero , IUBAE . non , A Iuba . Ex hoc maxime Solini loco , nec non manuscriptis aliquot codicibus .

Poponij loc)

Plinij loc)

Plinij loc)

Marciani Loc)

Plinij loc)

Plinij loc)

Plinij locus

MARIANG . ACCVR .

Perhibent etiam expui in eam undoso mari belluas. Legendum uidetur, IN . EAS . Plinius, Infestari eas belluis, quæ expellantur assidue, putrescentibus. Neque enim Canaria sola est accipienda, sed Fortunatarum quælibet. Quod & de nouissimis Solini uerbis exprimitur. Ideoque non penitus, inquit, ad nuncupationem sui congruere insularum qualitatem.

DIATRIBAE

IN . P . OVIDII . NASONIS

METAMORPH

Vod in Aufonii, ac Solini castigationibus nobis contigit, præfandum & in hac studiorum particula uidetur. Etenim cum infinitis pene locis contulisse non nihil, post tot aliorum commentationes, uideremur, ecce tibi nouæ iterum excusionis codices, tam hercule emendatiores, quàm annotatiunculis quoque additis clariore. Quas inter & illa quoque occurrere, quæ innumera non collecta nobis solum, sed in aciem instructa iam iam ædituri fueramus. In aliorum ergo diligentia nescio quo tamen pacto nostris studiis, præreptisque laborum successibus subirati fuerimus. Atque ea omnia annotamentis hisce abdicauimus, ne sua quæ laude defraudatum uideremur cupere, aut clanculum surripuisse quicquam deferremur. Quam ne hæc ipsa quidem, quæ fuere reliqua in Transformationibus, huius esse muneris, hisque studiorum generibus indere, iam libuerit, nisi obsequendum fuisset bonis, nostrique amantibus, & qui non amice minus, quàm festi uiter dicerent, Neque Urbem quoque Romam conditam, imperioque sine fine potitam, si Græcorum reliquiss, occupato Illo, totque nauibus amissis, in Latium tendendi, timiditas obstitisset. Procedant igitur, postquam ita imperant, qui iuuari laborant adhuc præstantissimum poetam tanto magis posse perhibent, quanto uel auxilia nouissima, uel præter hostium expectationem, impetum factura uidentur.

Supraque profundum extantem, atque humeros innato murice rectum cœruleum Tritona uocat. Innato murice, ingenita & naturali purpura, si interpreteris, elegantiore tubicinem reddiderimus, quàm uel eius studium postulet, uel immanitas patiatur. Sed & peribit mira illa Tritonis huius formæ uirgilliana descriptio, quam Plinius subnotasse uisus est libro nono. Quo, Tiberio principi nunciatum olim ab Olysiptenensium legatis, memoriæ prodit, auditum quodam specu Tritonem,

concha canentem, uisumque forma (inquit) qua noscitur, ad uirgilianos illos, uelut arbitror, uersus respiciens. Quorum exemplum hoc est.

Immanis Triton, & cœrula concha  
Exterrens freta. Cui laterum tenuis hispida nanti  
Frons hominem præfert, in pristin desinit aluus,  
Spumea semifero sub pectore murmurat unda.  
Mediusfidius quo pacto dicere potuisset Plinius, Qua noscitur forma, si eam adeo diuersam primates ipsi poetæ duo descriperint? Si quidem alter purpura uestiat eius humeros, hispidam alter partem hominis primam eidem tribuat. Verum enim uero multum de interpretum quoque doctrina poetarum pædet eruditio. Innatum itaque muricem asperitatem, & hispiditatem quoque illam maronianam, intelligimus. Ob muricum corticis scabritiæ. Murices enim, Pompeius ait, uetustas etiam saxorum asperitates, terlaque omnia dici uoluit. Virgilius. Et acuto in murice remi obnixi crepuere. Quem Sillius imitatus, Tum murice acuto dissiliens sonuit rupta compage carina. Sed & Plinius de carduo, Muricatis cacuminibus. Gellius nobilissimos Pœnorum captiuos ab Reguli liberis cruciatos fuisse ait, destitutos in armario muricibus præfixo. Clauos introsum adactos significare uolens. Quid & Claudianus in nuptiis Hon. & Mariæ super Tritone Ouidium imitatus, Venerem confingit durum asperumque his ipsis muricibus Tritonis dorsum purpureo strauisse toro, quo uidelicet mollius, delicatiusque ueheretur? Tum uiuo squallentia murice terga purpureis mollita toris, hoc nauigat antro sulcta Venus. Ut hinc tam murices in tubicine ipso confirmantur, quæ excludantur purpuræ. Nec dissimulandum, in uet. Claudiani exempl. extare, PVRPVREIS. MOLLITA. ROSIS. Vidimus & maronias Romæ Tritonum imagines, etiam concha canentiû, plerasque. Quo exemplo & aureum fuisse Tritonem, arbitrandum est, eum, quem Andronicus Cyrhestes, dextera manu uirgam porrigentem, Athenis in turri statuit. Ut scribit Vitruuius. Ipse porro hic Andronicus apud. M. Varronem accipiendus uidetur, ac legendum, CYRHESTES. non, Cyprestes. Quod & codices uetusti fere indicant. M. Varronis in tertio de Re

De Murice pro multis  
auctoribus

Varronis locus

rustica. hæc sunt, In eodem hemisperio medio circum cardinem est orbis uentorum octo, ut Athenis in horologio, quod fecit Cyprestes. Ibiq; eminens radius a cardine ad orbem, ita mouetur, ut eum tangat uentum, qui flet, ut intus scire possis.

Cætera diuersis tellus animalia formis sponte sua peperit. Vetus cod. elegantius habet, DEVER SIS .i. deorsum uersis. Epitheto sane & brutis congruo, quibus *θεωρα* nulla est, & quæ ab eodem dictum antea, Pronaque cum spectent animalia cætera terram, os homini sublime dedit. Natis enim reparatisque hominibus ex auerso lapidum iactu, eodem modo subdidit, Cætera animalia deuersæ formæ .i. inrationalia brutaque, telluris sponte genita. Nemo autem similibus terram formis animantia peperisse arbitraretur, & ipse paulo post quæ creata monstra fuerint, ostendit. Edidit innumeras species, partimque figuras Rettulit antiquas, partim noua monstra creauit.

Donec harenosi placidum Ladonis ad amnem uenerat. Hunc ipsum fluuium poeta idem in secundo & quinto Fastorum citum rapacemque appellat. Aestimandum igitur, an fortasse unam tantum, eamque cognatam literam mutantem, PLACITVM scribamus. Ut uirgini placuisse fluuius intelligatur, cuius natiades uirginitatis tuendæ, in calamosque uertendi (precibus ex petitum a se munus) auctores habuerit. Est enim ita comparatum, ut qui pie colit numina, lucos etiam ac templa rite adeat. Nec præterea non conuenit, rapidum uelocemque indicari, harenosum eum, ueluti rapacitate sua turbulētum, appellando. Licet illud subnotatum quoque dici possit, quæ e paludibus defluat, ut uel Plinius affirmat. Ausonius de Arethusa, & Alpheo amne, Consociat dulces placita sibi sede liquores.

Quod nos auditque, uidetque. Sumptum id ex Homero. Cuius carmen rhapsodia tertia Iliad. repetitum etiam undecima, nec non duodecima Odyf. tale est,

ἥλιος δ' ὅς πάντ' ἑώρας· καὶ πάντ' ἑπακθεῖς

Sol qui omnia uides, & omnia audis. Hunc autem locum



Plinius Secundus insinuat, ita scribens, Omnia uidens, omniaque exaudiens. Ut principi literarum Homero placuisse in uno eo uideo. Nam qui in secundum eius historiae naturalis commentatus est, aliud id esse carmen, perperam existimauit, quo Sol omnia respiciens, omnia gubernans, & Iouis oculus asseritur.

*πάντα ἰδών, Διὸς ὀφθαλμὸς, καὶ πάντα κυβερνῶν.* Id enim in Homero nusquam legitur. Est uero apud Hesiodum, in opere cui titulus *ἔργα καὶ ἡμέραι*. Sed quod terminetur uoce *νοήσας*, non autē *κυβερνῶν*, *πάντα ἰδών, Διὸς ὀφθαλμὸς, καὶ πάντα νοήσας.*

Cæterū, patrocinari libet Plinio. Post. n. illa quæ de Sole huc adduximus, de Deo ita subdit, Quapropter effigiem Dei formamque querere, imbecillitatis humanæ reor. Signate recteque. Egregius siquidē author, & nullius doctrine expertus, cum incomprehensibile Deum esse, ac mortalium coniecturam supergressum, demonstrare contendat, ad Solis similitudinem exemplumque confugit. Cuius si tanta ipsa uirtus, ac tam etiam præclara est, ut Mundi totius animus, ac planius mens (ut idem ait) & principale nature regimē atque numen credatur, quid Deum ipsum credere decet, & Solis, siderumque omnium, & Mundi totius rectorem, principem, motorem, atque originem? Quod ita sane accipi debere apud Plin. credendum est, & platonica quoque imitatione potuit. Qui (ut Macr. in primo de Somnio Scipionis author est) cum de summo principeque omnium Deo loqui esset animatus, dicere quid sit nō est ausus, hoc solum de eo sciens, quod sciri quale sit ab homine non possit. Solum uero ei simillimum de uisibilibus Solem repperit, & per eius similitudinem uiam sermoni suo attollendi se ad non comprehensibilia patefecit. Solent enim philosophi, si quid de his assignare conantur, quæ non sermonem tantummodo, sed cogitationem humanam superent, ad similitudines, & exempla confugere. In quam sententiam cecinisse Manlius uidetur, Sentirentque Deum gentes quæ maximus esset. Ut sit quandoque dubitandi terminus hesitantibus utrinque animo, uoluerit his ne uerbis Plinius existimari putare se Solem esse Deum, restitaturque nature scrutator eximius apud eos, qui id ipsum plane uoluisse, uiderique in eadē heresi cum gymnosophistis, Solem (authore Philostrato) colentibus, allucinati sunt, ac in Sole ipso caligarunt.

Libro secundo. Ita fertur, ut acta præcipiti pinus borea, cui cuncta remisit frena suus rector. Sunt codices, qui **VICTA FRENA**, retineant. Vtrunque recte. Sed tum elegantius **Victa**, a uentis. s. superata & fracta gubernacula, tum ex eodem Ouidio, primo Fast. Vincitur ars uento, nec iam moderator habenis utitur. Sed & in primo Tristium, Nauita confessus gelidum pallore timorem, iam sequitur uictam, non regit arte, ratē. Seneca, in Hippolyto. Et uicta prono puppis aufertur uado. Claudianus in primo de bello Gildonico. Sic cum præcipientes artem uicere procellæ. Ita enim legi debet, non **ARCEM**. Ex Ouidio, & manu sc. cod.

Libro tertio. Nebrophonoscque ualēs, & trux cū Lelape Theron. Recipiunt hæc ipsa canum nomina græcā interpretationē, fere quoquo uersentur modo. Verū cum in omnibus, quos hætenus uideri datum fuerit, manu sc. codicibus, aut Cheron, aut Chiron, inuenerim, uix est ut aliter, quæ **CHERON**, hoc est *χέρων*, Ouid. scripsisse autem ex Aeschilo, qui canum Actæonis nomina hæc tradit, Charon, Corax, Harpyia, Lycitas. Ut scribit Pollux. Cum præcipue Harpyiæ nomen nec Ouidius is præterierit. uelut duo quoque illa, Hylæus, atque Alce, ab Xenophonte mutuantur, ex non paucis aliis, quæ ut incorrupta, singulaque habeantur, de græcis exemplaribus petenda arbitror. Sunt autē, xlvii. omnia bisyllaba. Nam præstantissimus uenationis author breuiā (quo facilius enuncientur) oportere esse canum nomina putauit. Quanquam hodie nostri uenatores (inter cætera, quæ quis ridenda putet) fluuiorum nominibus uocandos uulgo perhibent, quos fieri sagaciores, solertioresque uelint. Pollucis autem ex libro. v. hæc sunt, *πᾶ μὲν δὲ τῶν Ακταίωνος κυνῶν ὀνόματα, κατὰ τὴν Αἰσχύλου δόξαν, κόραξ, ἀρωπία, χέρων, λυκίτας*. Illud etiam non ignorandum, quod Claudianus tertia panegyri in laudes Stilichonis, inter nympharum duces septem, duas iisdem, quibus canes hic Ouidius, nominibus uocat. Usque adeo non unquam contemnenda imitatio, quam non illegitima uarietas commendat. Sequitur nutrita licæo Nebrophone, telisque domat quæ mœnala Thero.

Labros, & Agriodos, & acuta uocis Hylactor. Pleraq; exempla, Aglaodos, Non nulla etiam, Agliodos. Ideoque ambiguum plerisque fit, quoniam potius legendum modo censeatur. Nos uero de Agriodo ambigendum non putamus, quod sumptum ex Homero esse nomen potuerit. Qui Iliad. rhapsodia. λ. co epitheto canes uocat. ὡς δ' ἴππου τις θρηνητὴς κύνας ἀγριόδογας. Eodemque Apollonius aprum nuncupat in secundo Argonauticon. καὶ περιὸς ἀγριοῦ δόγτων. Aper dentium ferocium. Neque etiam Planudes aliter interpretatur.

Libro quarto. Consequitur motos uelociter ignibus ignes. Legendum, MOTIS. latino casu. Rotata (inquit) face, ex commotis eius ignibus ignes fuscitat, atque addit. Concipitur. n. ipso motu maior ignis. Sic & in primo Eleg. Vidi ego iactatas mota face crescere flammam.

Si tamen in medio quondam concreta profundo spuma fui. Licet boni authores hac in re conueniant, sunt qui, cornu erigentes, sinistra hercule audacia facere nitantur, ut Macrobius credamus mentis impotem, dum inquit, Macrobius Venerem solo Caeli sanguine ortam scribit, sed maris spuma nutritam. Contra Ouidius, Si tamen in medio quondam concreta profundo spuma fui. Equidem id elici apud Macrobius ut possit, non inuenio. Quanquam dixerit, Saturnum abscidisse aiunt Caeli patris pudenda, quibus in mare proiectis Venerem procreatam. Quæ a spuma unde coaluit, Αφροδίτη nomen accepit. Neque enim alterutro magis natam affirmat, & si coaluisse eam spuma tradiderit. Cui præsertim alibi sic scripserit, Secundum menssem Romulus nominauit Aprilem, ut quidam putant, cum aspiratione, quasi Aphrilem, a spuma, quæ græci dicunt ἀφρόν, unde orta Venus creditur. Sed dicant isti mihi, an maris tantum undis potuerit, ac non etiam ex immixto sanguine spuma consurgere, unde portentosa fabulis, sed dignata Cælestis nomine, Venus genita. & an aliter sentire Macrobius, atque omnes senserint, & Ausonius acri uir ingenio dixerit, Orta salo, suscepta solo, patre ædita Cælo,  
Aeneadam genitrix, hic habito alma Venus,

Quid quæ mari nata fingitur, ratione physica? quia salus sudor sit, qui uenerem semper eliciat. Hinc in epigrammate; ὡς ἴππου ἀλμυρὸν ἢ πέλαγος. Ipsum enim hunc sudorem subnotare uidetur, cum nec impudico, neque triuiali argumento, lasciuum quempiam Alpheum, mulierum pudenda lingentem taxet, atque infectetur. Cæterum, hæc, quæ de falso pelago, deque Aphrodite mentionem fecimus, erectos intentosque quodam pacto & nos reddidit, ut obsceniorum quoque sensum in Phyllidis ad Demophoontem epistola subesse, indicarique ab eodem putaremus Ouidio his uersibus, At si nostra tuo spumescant æquora remo,

Iam mihi, iam dicar consuluisse meis.

Etenim tuo remo, & spumescant æquora, & sibi suisque consulturam Phyllida, dum scilicet sperat prolem, uotoque potitur, hæc, inquam, singula non false, non molliter, non festiue, ab non simplici præsertim, neque crassa etiam minerua uate, dici uix posse, facile deprendunt hi, quibus illa saltem sint in promptu, præque manibus, uatum uel pientissimorum Terentii atque Virgilii. Quæ sunt, Incipiunt agitata tumescere. Aperitque ramum, qui ueste latebat. Arrige aures Pamphile. Vbi tu neruos intendas tuos.

Seminaque ex illis ut erant iactata per undas. Emenda, ITERANT. Ut uetusti plures habent cod., utque recta erit lectio, & quam non interpretari opus sit, ut erant, pro ubi erant. Constat fere id & Planudi uidetur, ὁ παρὰ τὰ πρὸ ἐκείνων ἀναζωπυροῦσθαι ἐν τοῖς ὑδασι γένεσθαι.

Libro sexto. Et me (quod in ipsam recidat) orbam dixit. Vetus codices, DECIDAT. Nā recido primam corripit. Ni communem eam quis probet, quod Lucretius dixerit, Recidere assidue, quoniam fluere omnia constat. Quo tamen uersu etiam Decidere non nulli habent codices.

Cupidoque reuertitur ore mandata ad Progenes. Vigor, numerusque carminis ovidiani uix est ut unquam duriter incedat. Quare præpositione anteposita, ut in manu sc. cod. aduertimus, legendum duxerim, AD . MANDATA . PROGNES.

Cōmutasse uero eam nescientes, N. literam non liquefcere solum, sed quandoque etiam amoueri. Vt apud Petronium Arbitrum, Testis siluester aëdon, atque urbana progne, quæ circum gramina fusæ, ac molles uiolas, cantu sua rura colebāt. Ichneumon quoque apud Martialem, cygnus in Horatio, nec non Aufonio primam corripunt.

Profuit, Itysque caput Philomela cruentum Misit in ora patris. Quoniam & Ouidio seruatam, cæterisque pariter, ut prima in Ity syllaba corripatur, excudendum putauere, Ityosq. græca inclinatione. Cur non autem ectasi figura dictum etiam, uideri possit? ut correpta syllaba cōtra rationē producat. Quale illud, Exercet Diana choros. Et uersa puluis inscribitur hasta. Alioqui si quid immutandum censeretur, longe aptius crediderim, ITYLIQVE, forma sane & indignitatem exprimente. Vt apud Catullum, Qualia sub densis ramorum concinit umbris Daulias, assumpti fata gemens Ityli.

Illic & gelidi coniux actæa tyrāni. Scribendū puto, EGE LIDI, una parte orationis. Vt in uet. codice legimus. Nec ignoratur, ea uoce & mediocriter & uehementer gelidum significari. In priori significato frequens usus Celso, Aufonius Danubiū, septentrionalem itidem fluuium, nunc gelidum, nunc egelidum appellat. Egelidi quoque in secundo Argonauticon legi malim, Qualis ubi a gelidi boreas conuallibus Hebri tollitur.

Libro septimo. Ne quispiam amissos saepe uersus demiretur, additos quoque interim deprendimus. Vt sit succensendi locus non leuius q̄ pro materia librariis, oppido q̄ prælicenter singula uertentibus. Nam cum mirum est, allucinatione uersus prætermitti, tum mirius, nec nisi uitio uertendum, uulgo conceptos conculcari alios, & plerunque barbaros. Sed hi nota, obeliscoque confodiendi, summouendique poetarum familiis. Sunt igitur, hoc libro unus, uidelicet, Promissis Anaphen regna astypaleia bello.

Tum sequenti libro duo, Merfa uident, quæruntque suæ pia culmina uillæ. Sola loco stabant, dum deflent fata suorum. Quos nec uetusta quædā exempli, nec Planudes recipiunt, & tã utiq. nō admittēdi uidentur, q̄ subditicii adulteriniq. ut acrius intuētū constabit. Quid, q̄ in primo uolumine, de Pane ac Syringe, uersum unum in geminos distraxere? Talia uerba refert, tibi nubere nympa uolētis uotis cede Dei. Restabat plura referre. Quibus uti nullus pro re quidē sensus inest, ita uirum nubere, romana lingua reformidat. Quis etenim nupsisse maritorum quenq̄ dixerit? Cōcedamus utiq. id patria iã consuetudine barbaris. Cōcedamus & Pomponio, uel Cæcilio, quæ malum latinitatis authorē appellat Cicero ad Atticū, cæterisque illis uetustissimis, quos (tradente Nonio) nubere non solū mulieres, sed uiros etiam dixisse, nouimus. Quod autē ab Ouidio dictum fuerit, non nisi mere latinum, niti dissimumq. reputemus. Legendū igitur, Talia uerba refert, Restabat plura referre. Quo modo manuscripti habēt plures, & excusi quidam. Nam qui etiã reposuerunt, Restabat uerba referre, ex uetustis quibusdam bis discernere nescierunt. Tamen etiam Planudis iudicio in eam induci, confirmariq. sententiam potuerint, qui exemplaria sequutus eadem, ita locū non tam uertere, q̄ interpretari, uideri uoluit. Reliquū (inquit) erat etiã & uerba Panos Mercurium referre. Quid est autē cur non uerba Panos denotentur, etiam si plura legatur? Cum præsertim ipsę quoq. per se aures uocem eam, hic non semel inculcatam, quodam pacto in ouidiano candore respuant. Nec præterea cuntandū uidebatur, sopito demum Argo, dū, quę plura forent, seu uerba, seu facta, referrentur. Restabat itaque plura ut Mercurius referret, uidelicet, precibus spretis fugisse per auia nympam, & cætera. Subditur enim, Talia dicturus, uidit Cyllenius omnes succubuisse oculos.

Hinc humilem Myconem. Hæc insula tam Mycone apud Latinos, q̄ & Myconus uocari obtinuit. Neq. Strabo aut græci tantum Myconen appellāt, sed e nostris etiam Pomponius, Plinius, Antonin. ac Solin. Cūq. in uetustis omnibus Ouidii cod. haud aliter q̄ MYCONON inuenerim, fit ut ita legi malim, atq. ita

scriptum reliquisse, potius existimem. Sed q̄ eam uocet humilē, quam celsam Maro dixerit in .iii. Aeneidos, atq̄ esse talem cōstet, uerendū est, ne ut dubitandi, ita immutandi causa ullis esse possit, uelut in sequenti contiguo carmine iam contigit. Vbi, pro Plana Seripho, paruam, emendandum censuere; q̄ planam esse eam (licet humilem in Achilleide Papin. dixerit) nequaquā sit traditum. lapidosam uero, ac non magnam, plane constet. Ceterum, meminisse oportet, poetarum more quēdam a contrario plerunq̄ dici. Quod nec apud Hom. Strabo etiam inficiatur. Alioqui pernotissima illa quis ignorat? bellum, Charontē, Furias ἐμειδᾶς, stultum ἐυθύ, noctem ἐυφρόνη, Tum etiam Pontum Euxinum, quod Marcellinus autumat, ac nobis quoq̄ sit uerisimilius, cum (licet aliquando minus) maxime inhospitalis semper fuerit. Custodienda itaque ouidiana lectio, atque πύμαλι (si uel nulla potior se offerat tuendi ratio) accipienda. Scimus enim & in carmine homerico, ex .ix. Odyf. rhapsodia, quod est, Ἀυτὴ δὲ χαμαλῖσα ὑπερτάτη ἐν ἀλὶ κείται, humilem Ithacam non pro depressa, sed pro continenti finitima, quibusdā interpretibus accipi. Rursus summam eam, non celsissimam intelligi, uerū super omnes extremam, ad Arctonq̄ cōuersam. Quam quidē explicationem Strabo haudquaquam contemnit. Meminisse quoque expedit uirgiliani carminis, Humilemq̄ uidemus Italiam, tum quo intellectu Seruius id ipsum censeat accipiendum.

Strage canū primo, uolucrumq̄, auiumq̄, boumq̄. Vide an sit potius legendū, OVIVMQ. Etiā si Planudes, πεπιών, ἐδριδον.

Isse sub amplexu quondā asopidos Aeginæ. Carmen id cum multifariā, non semel, nec ab uno tractatū fuerit, hanc nos emendationem fouebamus, quam in nostro cod. cōperimus, uidelicet, Isse sub amplexu Aeginæ asopidos olim. Nunc autē mihi uideor ita prorsus corrigendū, ut in uno Vaticanæ bibl. scriptum deniq̄ animaduerti. Ut .s. in sede eius ultima legatur, Ignēs, aut Ignē. Isse sub amplexu AEGINAE. ASOPIDOS. IGNEM. Iuppiter. n. (quod est notissimum) in ignem mutatus uirginem compressit. Hinc dictū priore libro, Asopida luserit ignis.

Lucis pars optima mensē est data. Manuscripti cod. PARS VLTIMA, hoc est, suprema tempestas. Mane quippe optima diei pars est. Hinc dictū a Macr. in .i. Saturnal. Reseruādus ergo est Virgilius noster ad meliorē partem Diei, ut mane nouum inspiciendo per ordinem carmini destinemus. & de aurora ab Hesiodo, ἐγὼ τρεῖς τὴν ἀπομείρεται αἶσα. Nisi dici uoluerimus optimā, i. maximam cadentis iam diei partem conuiuio datam. Ut bona pars procerum, pro magna. Nam & Planudes, plurimum diei, interpretatur. Ut intelligas, quinam ei quoq̄ codices obtigerint. Nostra tamen emendatio mihi castior semper uisa.

Consequitur quodcunq̄ petit, fortunaque missum nō regit, & reuolat nullo referente cruentum. Si uera sunt quæ apud Pliniū libro .xxiiii. leguntur, non omnino fabulosum Cephali hoc esse iaculum potuit, sed ex aquifolia confectū. Ita enim scribit, Baculum ex aquifolia factum, in quoduis animal missum, etiā si citra ceciderit defectu mittentis, ipsum per se se recubitu propius allabit. Tam præcipuam naturam inesse arbori. Hęc ille. In quibus non baculum, sed, IACVLVM, emendandum crediderim.

Dum digitos amentis addere tento. Peruetustus codex, INDERE. Quod omnino magis placet.

Nec mecum famuli, nec equi, nec naribus acres  
Ire canes, nec lina sequi nodosa solebant.  
Aliter omnino, & quo prorsus modo legi malim, hos uersus in quibusdam manuscriptis iuuenimus. Ita enim habentur,  
Nec mecum FAMVLOS, nec EQVOS, nec naribus acres  
Ire canes, nec lina sequi nodosa, SINEBAM.  
Nec præterea ab re uideri dictum potest, Sequi retia. cum Xenophon in hanc sententiam præcipiat, Venator cum neglecta, tenuiq̄ ueste, atq̄ calceo, uenatum exeat, manu baculum gestans, retium uero custos sequatur.

Libro octauo. Verū & ferus, & captus nullius amore iuuenç,  
Qui te progenuit taurus fuit. Legi equidē malim, VERVS.

Vt concinna ueri, ferique annominatio commodius etiam ad superiora respiciat.

O proxima Terræ regna uagæ, dixi, fortite tridentifer undæ.  
Inuenio in manuſc. cod. COELO, nō, Terræ. Atq; ita emendandum uidetur. Libro .n. quarto dictum ab eodem est,  
O numen aquarum proxima cui Cælo ceſſit Neptunne poteſtas  
Vt tanq̄ a Ioue ſecundū eum laudet, cui ſecunda poteſtas, neq; ut Plutoni, ſemotiſſima a Cælo, contigerit, in operoſa illa Orbis diuiſione. Qua (ut Hom. ait. xv. Iliad. rhaps. & late Firmianus in primo) Cælum, quæ ſuprema eſt pars, Ioui ſorte ceſſit. Aqua, quæ media eſt, & Cælo proxima, Neptunno. Infernum, quæ inſima eſt, & nouiſſima, Plutoni. Blandiri ergo Neptunno, & a beneuolentiâ ordiri uoluit. Sunt præterea codices, qui habeant, MVNDO . lectione aut ipſa uera, aut ſaltem alteri patrocinate. Cum enim ſæpe dubitare contingat, utram poeta liquerit, alteram tamen, non utranq; reliquiſſe, ſcire licet. Plato in Timeo, Vniuerſum igitur hoc Cælum, ſiue Mundum, ſiue quo alio uocabulo gaudet, cognominemus, Eodemque modo, Platonem imitati, in ipſis operum initiis Pomponius, ac Plinius.

Libro decimo. Et pietas geminato creſcit amore. Manuſc. exemplar, GEMINO . CONCRESCIT . AMORE.

Occupat Hippomenem & a numine cōcita noſtro. Recte in uetuiſtis cod. IAM . NUMINE . CONCITA . NOSTRO  
Deraiſis ſcilicet coniunctione & præpoſitione, quæ concinnitatē occupabant, & numerum.

Libro undecimo. Hic ferus expoſito peregrinis anguis harenis obſtitit. Legendū ex uet. exempl. & impreſſis aliquot, EXPOSITVM . nō Expoſito . & OS . PETIT . i. Orphei caput inuadit, nō, Obſtitit. Alioqui ſi obſtitit adhuc tueri poſſet (cum præſertim uerterit Planudes ἀγχιος ὄφις ἀπρέτη) Expoſitis, non Expoſito, dici oportuerat, & caput lyramque intelligi. Quæ utraque in Hebrum amnē coniecta, in Leſbum inſulam undis delata ſunt.

Huius porro inſulæ draconem, qui Orphei capiti inhians, in lapidem mutatus fuerit, poetam in tranſitu ſignificaffe opinamur libro ſeptimo, cum loca, quibus interempto Pelia ſuperuolauerit Medea, commemorat.

Aeoliam Pitaneæ a læua parte reliquit,

Factaque de ſaxo longi ſimulacra draconis.

Grammaticis enim ſerpens iſ accipiendus uidetur, qui græcis in Aulide ſacrificantibus prodigio fuit, tunc cum in platanum aræ incumbentem reſpit, paſſerelq; octo, & matrem deniq; ſuperuolantem laniauit, in ſilicemq; obrigit. Nota res ex primo Iliados (cuius uerſus per ocium a ſe cōuerſos refert in ſecundo de Diuinatione . M. Tul.) & Ouidio . xii. Metamorph. Verum quoniam hæc ipſa coniectura nituntur, atq; alia fortaffe fabula ſignificari poteſt, illud affirmauerim, ſi alterutra earum ſit legitima putanda, ueræ propiorē eſſe, quam ipſi huc attulimus. quando loca etiam id arguunt. Eſt .n. Aeolis Leſbo aduerſa . ut in ordine aliter omnino recenſeri nō debuerint. Accedit etiam, q̄ citra tempora troiana, & cum non dum coniurata mille naues in Aulide conſeſſent, ſublimis rapta Medea monſtrum id deſpicere non potuit. Orphei autē mors an contigerit tum quidem, neſcimus. contigiſſe certe potuit. Nam Firmianus in primo Diuinarum Inſt. cum dixerit, fuiſſe Orpheum per eadē fere tempora quibus Faunus, dubitauit & ipſe, quis ætate præceſſerit. Siquidem, inquit, per eoſdē annos Latinus Priamusq; regnarunt. Item patres eorum Faunus & Laomedon. Quo regnante Orpheus cum argonautis ad Ilieniſium litus acceſſit. Verum ea obſeruatione ut ullius hoc apud Ouid. loco momenti eſt, ita ſæpe etiā nullius eſſe, uidere eſt apud poetas. quibus plerūq; moris eſt, ut loca trāſferant, perſonas inuertant, ordinem confundant, tēpora prætereant, nomimibus abutantur.

Nanque ſenex Thetidi Proteus prædixerat undæ concipe . Legendum, VDAE . ut eſt in non nullis. Nam & in epistoſa Bryſcidis ad Achillem, eandem aquoſam uocat. Tu mihi iuratus per numina matris aquoſæ. Sed neque minus ſcribi poſſe uidetur, DEA . DIXERAT . VNDÆ . Vt dea ſit uocandi caſus. Quomodo omnes fere manuſcripti ueteres.

Libro duodecimo. Excipit hoc heros. Peruētusti codices,  
EXCVTIT . HOC . HEROS . Quod & Planudes  
agnouit, ἀρίστας δὲ τούτου ἴηρος ΑΧΙΛΛΕΥΣ.

Et quid, ubi asiacas casuras aspicias arces, ingemis? Cum Asia regio primam corripit, pro Asiacas, HAS . IAM . IAM substituendum, ex uetustis aliquot exemplaribus, & recentioribus aliorum cura impressis, affirmauerim. Quanquā non sim nescius, primitiuorum, simpliciumque rationem in compositis plerunque, deriuatisque corrumpi. Sed possessiuum ab Asia præter asium, asianum, asiaticum, non legimus. Congruit autem non nihil, casurum iam iam Ilium, præfari, ut liberam tutam ue haud quaquam esse moram Apollini, ostendat. Quando etiam dixerit, Iamque fere tracto duo per quinquennia bello.

Libro tertiodecimo. Nam genus, & proauos, & quæ non fecimus ipsi, uix ea nostra uoco. Vix, præter significationes duas uulgaris, & usu obuias, uidelicet cum labore, ac statim, habet & illam remotiorem, quæ parum leuiterque interim significat. Macrobius libro tertio Saturnal. Nux Tarentina dicitur, quæ ita mollis est, ut uix attrectata frangatur. Refertur uero, quod est cum difficultate, & ad corpus & animum. Quare, hoc aut eo modo apud Ouidium accipiendum uidetur. Nisi plenam eius quoque ad uerbii uim quispiam habere uoluerit, quæ est, non. Cum Ausonius, ex Cleobuli persona, dixerit, Maiorum meritis gloria non datur. Et Iphicrates, Meum genus a me incipit, tuum in te desinit. Donatus certe, Carcer uix carcere dignus, pro Non, apud Lucillum interpretandum putat.

Cœranon, Hippasiden &, Alastoraque, Chromiumque, Alcandrumque, Haliumque, Noëmonaque, Prytanique, Exitioque dedi cum Chersidamante Thoona, Et Charopen, fatisque immitibus Ennomon actum. Versus hi hoc prorsus modo deligendi uidebantur, ut nos excerpsumus, integriora quæ sint, quæue fuerint, Homero tantum

duce feligentes. Non ab re uideatur itaque, loca uatis ipsa retulisse, quæ Ouidius interpretari fere deprehenditur, quando nec apud Planudem sine labe. Primi duo uersus igitur ex quinta sunt Iliados rhapsodia. Quorum alterum πολυσύνδρον & Virgilius quoque libro nono, ad floriditatem tantum, ornamentumque operis, eodem prorsus modo transtulit,

Alcandrumque, Haliumque, Noëmonaque, Prytanique.

ἐν δ' ὄγε Κόραγον εἶλεν, Ἀλάτορα πῖ, Χρόμιον πῖ,  
Ἀλκανδρόν δ', Ἀλιόν πῖ, Νοῖμονά πῖ, Πρύτανιν πῖ.

Alii uero ex libro undecimo primum hi sunt,

αὐτὰρ ἐπεὶ τὰ θάνα, κτλ Ἐγγομον ἐξενάρεζεν.

Χερσιδάμαντα δ' ἐπέειπα.

Et uersibus post duobus,

τοὺς μὲν ἔασ' ὁ δ' ἄρ' Ἴωσσα ἰδὲν Χάροσ' ὄντα σε δ' ἔρι

αὐτοκασίγνητον ἐνηγεῖος Σάκοιο.

Libro quartodecimo: Mentique herebat imago

Temporis illius, quo uidi bina meorum

Ter quater affligi lociorum corpora terræ.

In plerisque manuscriptis, non Bina, sed Viua meorum corpora, legimus. Quæ castigatio nemini non statim arriserit, quando

quidem sex omnino, non duos tantum, Vlyssis socios a Polyphemo laceratos, Homerus tradiderit. Sed cum Virgilius ipsum item

Achemeniden, eandem cyclopiis immanitatem ita narrantem, inducat, Vidi ego met duo de numero cum corpora nostro,

Prensa manu magna, medio resupinus in antro

Frangeret ad saxum, Veram utriusque lectionem esse, tuendum est, atque ex Homero sumptam, monstrandum. Quod tantopere

Seruium torfit, ita enarrantem, Homerus dicit quattuor a Polyphemo interemptos. Ergo uel dissentit, uel dicit, duos uidisse, sed

quot occiderit, nescire. Primum enim quis putet, præsentem in eodem antro Achemenidem duorum cadem uidisse, reliquorum

non uidisse? Fuga certe sibi non consuluit, cum nec pateret effugium, ingenti lapide spelunca obstructa. At in uasti antri diuerticula prouidus fortasse secessit. Egregia scilicet laus, in latebram se indecorem coniecisse, uel troianis, atque adeo ipsi Aeneæ

apud Maronem, uel Macareo apud Ouidium, referre. Neque

Illud etiam intempestiuū, faciem saltē ab aspectu miserrimo auertisse. Sed an quia non uisum sibi, ignoratum quoque numerum eorum putemus? præsertim sociorum, atrociterque peremptorum, actandem inter paucos? Dicendum igitur, ad uirgilianū ipsum carmen allusisse Ouidium. Nec intelligendum, duos tantum, sed duos ipsos simul, eodemque rotatu letho datos. Vt hinc & indignitatem geminati facinoris, & uolentiam, uastitatemque corporis in anthropophago Polyphemo miremur. terrorque incussus grauior, exprimat. Homerus quippe duos primo, duos inde alios, duos item postremo laniatos, absumptosque enumerat. Et hoc est præterea, q̄ bina corpora sæpius afflictā solo, Naso ait, manifestius etiam non nihil, atque explanatius. Licet Maro, manu magna, non frustra addiderit. Intellectu ergo, quem indidimus, duo apud nostros corpora, sex ipsi quidem, nō simul pariter, sed per uices, mactati, significari possunt.

Antiphate memores, immansuetique cyclopi.  
Notatur Ouidius, q̄ immansueti Polyphemi cyclopi feritatis parum conueniat, non ut ab interpretibus, sed criticis. Verum uehemens ea est uox, si introrsus aspicias, & de Polyphemo dici ita congrua, uelut ab Ouidio condigna. Nos itaque eminentissimum poetam, qui se ultra emendationem istorum protulerit, a calumnia defendimus, in hunc modum respondentes. Mansuetum quasi manu assuetum, q̄ omnia quæ sunt natura fera, manuum permulsiōne mitescant, Pompeio dictum est. Nullum uero esse animantium tam asperum, terribile, barbarum, immane, ferum, infandumque creditur, quod non quandoque hominum ad manus ueniat, cicuretur, ac mansuescat. Qui igitur immansuetus est, is demum trux, uolentus, inhumanus, atq̄ immanitate omni tristior uideri potest. is atrocita inusitata, nullaq̄ ferarum mitior. Est præterea uis quædam maxima in quorundā priuatione simplicium, quæ non mala, priusquam componerentur, & exilia uidebantur. Quemadmodum & immanis. Quod uerbum cum a mano factum sit, quod bonum dixere Veteres, eius tamen significatus uis diuersa est, & permagna, ut immanem hydrum, immane facinus, & inamabilem dixit Virgilius Stygiam

paludem. eam scilicet secundum amoris priuationem detestatus. Vt ait Gellius. Qui Homerum quoque non uirtutibus appellandis, sed uitiiis detrahendis laudare ampliter solere, affirmat. Vt in primo Iliados, ἡὐδ' ἀμάρτυρος ἀμύμων. Hæc autem ratio si deplorati quempiam ingenii a susceptæ semel persuasione arce non deiecerit, Ciceronem quoque dabimus, quem (si dis placet) simul arguant. Nulla, inquit, gens est, neque tam immansueta, neque tam fera, quæ non, etiam si ignoret, qualem deum haberi deceat, tamen habendum sciat. Sexta porro actione in Verrem, Veterem illam in Aetna sicula cyclopium immanitatem uocauit. Sed & Pomponius, Tauros, Scytharum populos, solitos pro uictimis aduenas interficere (quod paulo a mandendo abest, ait Plin.) satis detestabiles, infandosque monstrari putat, immanes illos uocans. Nam si immansueti leuis significatio putanda est, q̄ a mā sueto deducatur, non secus exilem in immani, q̄ a mano sit potestatem, interpretari licebit. Vfus uero est eodē epitheto, q̄ equidem sciam, quarto quoq̄, nec non ultimo uolumine, neq̄ diuersa fere, neq̄ minus graui significatione in aliis, q̄ in Polyphemo hic cōgruere iudicauerit. Vt uerearis potius, ab immansueti uoce Polyphemi feritatē, prodigiosamq̄ corporis uastitatē, magnitudine superari, q̄ exilitate deprimi. nec expressum uno uerbo leuius, quod ab Homero duobus fuerit, Odysseæ rhapsodia. κ. unde Ouidius hæc accepisse uidetur. cum in æro litore ueritos scrutari infulam Ulyssis socios fuisse ait, Antiphate læstrygonis gesta, uolentiāq̄ cyclopi magni animi, androphagi, reminiscens,

Μηισαμείσις ἔργων λαίπεργότος Ἀντιφάτας,  
κύκλω ὅσπε βίης μεγάλυτος, ἀνδρὸφάγοιο ἰ

Et tenues animæ uolitare uidentur. Quædam exemplaria, SILENTVM, habent. non, Videntur. Quomodo legendum intellectus postulat, qui a superioribus dependet monstris. Hoc enim ait, Et uisæ sunt tenues Silentum animæ uolitare.

Plumis quoq̄ colla teguntur. Rectius, NOVA. COLLA Vt manuscripti habent quipiam.

Vlmus erat contra speciosa nitentibus uuis . Peruetusti  
codices , TVMENTIBVS . VVIS . In sequenti sane  
libro idem ait , Tumidæque in uitibus uua . Et Ausonius ,  
Vitreis uindemia turget in undis .

Vimque parat , sed ui non est opus , inque figura  
Capta dei nympa est . Grammatici , Nanque . pro , Inque ,  
reponendum admonent . syllabamque excusant , q , S . litera  
quandoq; abiici consuerit . Porro manuscripti quidam codices  
puram retinent , synceramque lectionem , qui sic habent ,  
VIMQVE . PARAT . SED . OPVS . NON  
EST . VI . NANQVE . FIGVRA .

Abulam spondenti auream , non fuit olim uitium  
inter amicos , allem petere . Tantus esse con-  
sueuit aut honos lusibus , qui pecunia repende-  
rentur . aut opibus despectio , quæ ludicris postha-  
berentur . Et mehercule testimoniorum speciem  
fabellas gerere , cum rem similem edoceant , pe-  
ripatetici opinabantur . Mihi uero ( postquam etiam uolentem  
cogunt ) inter seria fabulatur , gerrasque germanas apud uos ,  
Germani Principes , enarratur , satis erit precii , si quo semper  
animo eas ipsas esse aliquid putare consueistis , deque fumo dare  
lucem contendistis , eo iam nunc operam dederitis , superciliumq;  
uestra dignum indole tantisper posueritis . Lutaria Testudo  
quantumcunque negligens , ac segnis , ingrata uisu , ac Naturæ  
potius ludibrium , q̄ animal , nō dubitauit in certamen cursus pro-  
uocare Vulpem , pedum gloria præstantem , solertem ingenio , sa-  
gacem animo . Placet nihilo secius oblata conditio . non quidem  
experiundi ergo tentandiue , sed ( qui mos sæpe etiam consumatissi-  
simis cum perditissimis ) ludificandi , animumque curis remitten-  
di . Et iam inito certandi studio , primis uulpe summotæ carceri-  
bus , cursumque capeffente , eius caudæ furtim se innectit , atque  
implicat testudo . Sic iā ultima decursa meta , respiciens uulpes ,  
doli negligens , an æmula magno saltem interuallo , testudineoque  
suo gradu sequeretur , caudam q̄ reliqua membra ( ut per conuer-  
sionem fieri conuenerat ) iam tum in priorem , metæq; uiciniorum  
partem constituerat , locoque nouissimo admouerat . Qua cum se  
se explicat testudo , simulque illudens , ac tanquam in uictoria ,  
uici , uici , clamat ὄδῃ ἢ χελώνῃ ἀφῆρος , & te pedibus celerrimam præ-  
uerti , reflexa uulpes , præque nouitate cunctata , nec oblita uetus  
illud uerbum , Prius testudo cursu præueniet leporem , certe ( in-  
quit ) tua te segnities non talem arguebat . Mox uersutiam tam  
insidiosam augurata , ea ipsa cauda rursus insitam , iactatam , con-  
tusamque identidem , transmissio campo , a calce ( quod dicitur )  
ad carceres reuocat , inque cœnum , paludemque , tanquam pilam ,  
retrahit ac retorquet . Sed cum primum ad se rediit , execrata  
summum Deorum , cuius ira domui subiecta foret tardior , O ,  
me segnem , ait , audentemq; temere , quam cum tota supellectile ,



ac domo uulpes illa, illa inquam, meritis ludificarit modis. Nec ita multo post, cum cæterarum turba sociam, eius casum misera-  
ta, conuenissent, una ante alias, ut erat rerum omniscq; in lacuna recessus experientior, consilio suadet, expedire suis, ne post am-  
plius uulpe aliqua conspecta tegumento corticis uel caput exerat, uel pedes ipsos, non per se solum tardos, sed qui remorentur etiam nauigia, ut creditur, dexteris eorum uehementia. Se se igitur intra suam cuiuscq; pelliculã contineant. Alioqui aut esse oppetendum morte, aut in Cretam insulam migrandum, ubi nullæ uulpes in-  
ueniri, nec inuictæ uiuere, creduntur. Audistis, ac risistis (arbitror) apologũ Principes. Quorsum uero is euadat, operæ est uobis etiam cognoscere, contemplaturis una mecum, quo ple-  
runque boni cura fuerit redacta, qui status rerum, quique sint iam non æmuli doctrinarum, sed inuidi, quantumque inertis cuique ac sordido in solertiorum nomen, surgentemque famam pessimo ex-  
plo liceat. atque ita fieri, ut non prius aliqua uirtutis indoles in quoquam spectari, q̄ uiolari moribus inuidiæ cœperit. Quod ipsum utinam a ueri specie abhorreret, fabulaq; foret. Primum uobis neque mirum, neque incredibile uideri debet, esse Romæ hominum portenta, qui testudinum ingenia moresque referant, tamen neque talia Germaniarum saltus, rigidiq; montes mittere credantur. Et esse quosdam homines non re, sed nomine. M. quoque Tullius officiorum arbiter, iudexque autumat. Sunt itaq; in Vrbe ἀνθρώπων ὀφθαλμοὶ quos dixi tales, affecti corpus animũq; tabo, usq; adeo natura ipsi hebetes, ac uiribus infirmi, ut uegetio-  
res æquo patianimo nequaquam possint, & inuadere quoque (si Dis placet) inque prælium uocare audeant, non tam freti, qualis-  
cunque spe uictoriæ, q̄ ut uicti, se certasse, gloriantur. Sed ni-  
mirum illud euenit, ut audaci spe frustrati, ausuque temerario in præcepti acti, non ullorum manibus, non ore plectantur, sed a cõ-  
temptissima, longeq; a sensu atq; oculis, & quota portione corpo-  
ris (qualis cauda est in uulpe) distrahantur denique, uersentur, inque cœnum domiciliumque, illuuiæ condignum sua, reuoluan-  
tur, semianimes quidem, sed ut uitam uiuere miserrimã queant. quo sint genti suæ documento, cæteris ludibrio. Utque maior mihi sit dictorum fides, neue mutis testimoniis, aut parum certis

ista res exemplis peragatur, præter eas quas ante hac testudines uidere contigit, unam nuper in primis & uidi, & ( quantum in se fuit) in me sensi. Cum enim DIATRIBAS ædi-  
turus meas, Platonis uti lege placuisset, perlegendasque uiden-  
dasque illas peritissimis iudicibus ingenue obtulerim, ecce tibi furtim clanculumque nescio quis ater Gallus gallinaceus, nec gallinæ albæ filius, testudinem in scenam saltat, sumptaq; per-  
sona eius insufurrat euestigio, ac uix etiam conspecto libro, uul-  
pino Mariangelum egisse more, aut eius pellem induisse, ubi leo-  
ninam impar animis, quam debuerit, non licuit. Fando sibi iam olim auditum, Fabritium Varanum, camerem antistitem (sua cuius, non alterius doctrina, plinianum potuisse indicem, iam æditum, excubiti colligique, pariter digladiantur) Com-  
mentationes in Aufoniũ poetam cõcinnasse. Quarum mihi facta copia non dubitem pro meis, proque etiam synceris ædere. Quasi uero Commentaria, non Castigationes ipsi conscripserimus. aut ille pontifex tum non fuerit, cum quota portio uatis eius haberetur. atque interim non alii potius præstiterint, ut hoc obseruandi munere in Aufonium, prius furti deferrentur & ipsi. Ut id etiã præteream, quid tã longo interuallo ita misere plerosq; omnes com-  
mentaria latuerint, ut hoc solo demũ, ueluti Euclionis, gallo pro-  
derentur. Cuius importunæ calumniæ ut sum equidẽ admonitus, præ me quãdam lætitiã tuli. Nihil nanq; minus q̄ liuentis animi insimulationem pro tot tantisq; studiorũ curis opperens, tantum abest ut de gradu deiici potuerim, ut laboribus sim gauisus meis, id mihi uel ab inuidis deferri tribuiq; quod ab amantissimis uix sperassem. Ut uidelicet quæ scripserim digna celebris uirorum notæ monumentis uideri testarique possint. Cumque postea nõ sollicita nec anxia, sed ociosa (quod plerunque fit) cogitatione, mecũ ipse nouum rumoris authorem requiro, quidam statim con-  
temptissima inertia, ac notissima temeritatis occurrit. Neq; me opinio falsum habuit. Sed & tanto acrius annisus sum, tantoque libentius silendum mihi constitueram, quantum laudes punctaq; (quod dicitur) eorum tulerim, qui boni prudentesque perhiben-  
tur, quique me eloquentiam in infantiam conuertere, si respon-  
dissem, uisum iri, decernebant. Adde, q̄ interdum omnia  
R

contentione potiora ducimus, præsertim si cõtendant isti mecum, quos uicisse tam sit facile, quã uulpes pyrum comest, nullumque sit nisi barbarissimum negocium. Permittebam ego itaque laceffentem istum libere, seu est testudo, suo luto uolutari, siue gallus gallinaceus, puluere ac cinere. quibus ita se perfundi, lauarique cohortales aues, uti cœno sues, Heraclitus aiebat ephesus. Cum autem (Famæ more) qui manauerant rumusculi, primo clanculum, dehinc paulo liberius, postremo etiam modis omnibus, ut inuidia fieri amat, ab uno, aut altero iactari cœperint, ex his quibus liuor, atque alienæ laudis indolentia, æmulatione mutuæque caritatis officio potiores habendæ uidentur, non sum mihi uisus adeo oportunus iniuriæ, ut attentantium, genuinoque mordentiũ nõ retundam ineptias. Nec placuit reticere, ne quis (quod Salustius cuius ait meus) modestiam inconscientiam duceret. Ac primum ego ad inanes istorum procellas (qui uelut anseres, quod ait Cic. tantummodo clamant, nocere non possunt) tanquam mota aut inclinata fax, nouũ concepi robur, nouas auxi uires. Neque uelut antea contemptim, sed propensiore iam nunc cura DIATRIBAS emisimus. non quidem ut his oculi indoleant, quorum acies tam hercule, quã cor non unquam ualuit, sed ad temperandã, cohibendam ue eorum rabiem, corripendamque secordiam, libro ædito. Nam cum haudquaquam mea tantum ipsius fortuna contingat, ut plagarius, aut cornicula insimuler, quid est, cur in re iam deplorata, non sint omni tempore Democriti partes agendæ? ut non mihi, ut non etiam a concitato, uiolentoque dicendi genere iam temperem? Ab eo siquidem, qui tempestate nostra probe quo quo modo commentari cœptum fuerit, usque adeo improborum calumnia non abstinuit, ut subinde debacchantibus inuenquam optimum qui moderetur, aut finem terminumque statuatur, non sit inuentus. Ne uero satis parum consequutus frigida atque obuia rusticulis insimulatione uidear, operæ est præstantissimos euoluere, quibus me dum calumnia istorum parem fecerit, possum neque numero, neque munere secretus uideri. Laurentii Vallengis libros de linguæ latinæ elegantia inuentos olim in Germania, comminiscuntur. & quæ essent literis iam fugientibus ac, fatiscensibus, uix certis cognitum indicis, tamen cognitum,

Alconii Pediani opus esse. Pico Mirandulæ in libris aduersus astrologos uix quicquã (inquiunt) præter stili curam, esse. Eos namque, titulo cuiusdam transalpini hominis, cum Florentiæ adhuc extarent, ubi in politioem modum redegisset, suppressisse, omnique silentio inuoluisse. Quo in furto Fabrum, Erasmumque deprehensum, reum deferunt. Iouianum etiam Pontanum quædam Ciceronis uolumina in Casinatis montis nõ incelebri bibliotheca comperisse. Quæ mox paulum (sed quod necesse fuit in deteriore formam) commutata, ut ab se composita ædiderit. Hermolaum Barbarum, in Plinio castigando, tam frequenter ipsum ab eius anagnoste castigatum, totque locis ab studiosa, qua frequenter retur, omni ueneta cohorte adiutum, ut uix tertiam sibi partem fuerit facturus reliquam, si uel saltẽ gratus in profitendo per quos maxime profecerit, esse uoluisset. Iam uero de Politiano dicere, quid interest? Qui ad ipsum se purgandum, criminaque confutandum uel compulsus est, uel suas esse parteis ratus, ut nos facimus, silendum non putauit. Dum Centuriam amicis aliquot spectandam exhibenti zoili insurgunt, deque Cornu copiarum siphontini præsulis conceptam, præreptamque iactant, ac disseminant. Qualis itaque calumnia non his solum, quos attingi, sed ferme omnibus infesta semper esse consueuit, talis ipsum quoque me tentauit ledere, & quidem geminis (ut dicebam) uallata comitibus, Fraude scilicet, atque Insidia. Non enim alia sortitæ nomina uidentur, quæ earum mores postulent, atque eleganti formula Apelles olim pinxerit. Summus enim ille artifex, iisdem detrahentium laceffitus obrectationibus, satis habuit Calumniæ pictura insimulationem ulcisci. Cuius deinde imaginem & Lucianus, specie atque argumento delectatus, literarum quoque monumentis exprimendam putauit. Vir quidam a dextra sedet. cui prægrandes, atque Midæ ferme compares, sunt aures, manumque Calumniæ procul adhuc accedenti profert. Hunc ipsum autem geminæ circumstant mulieres, Ignorantia, Suspitioque. Parte uero alia Calumnia aduenit, muliercula supra modum speciosa, subcalescens autem, & concita, utpote quæ rabiem iramque præferat. Sinistra quidem facem ardentem gerit. Altera uero adolescentem quendam cæsarie trahit, manus in Cœlum porrigentẽ, ipsosque obtestantem deos.

Præit autem uir quidam, pallore obsitus, ac deformis, acriter intuens, hisque comparandus, quos morbi diuturna macies confecerit. Hunc itaque Liuorem esse, non iniuria quis coniecuerit. Atqui & duæ quædam aliæ pedisequæ sunt, dirigentes, componentes, adornantesque Calumniam. Quarum altera, Insidia sit, Fraus, altera. Subinde uero quædam maxime lugubri apparatu, pullis uestibus, se seq; dilanians, assequitur. Pœnitentia ea esse ferrebatur. Illachrymans itaque reflectitur, ut propius accedentem Veritatem reuerenter suspiciat. Et Apelles hunc in modum penicillo (quod pictorẽ decuit) discrimen suum expressit. Nos autem periculum id qualecunque nostrum, unde maxime emerferit, uel quos etiam inuadere didicerit, stylo potius percenseamus. Sed q; a lusibus eiusmodi temperare nequimus, uersiculos prius, in simulacrum Virtutis & Inuidentiæ, appingamus.

Quæ tu clara oculos, & iam longæua sacerdos?

Virtus. Quæ comes est pallida, tristis, iners?

Inuidia. Ora quatit cur, & caua lumina torquet,

Vt me conspexit liuida? Quod minor est.

Tu quo iuncta modo simul es, tenuisq; uenenum?

Instat, non obstat laudibus Inuidia.

Inter urbanas igitur illecebras, opinio quorundã increbrescit indies, eum esse demum literarum fructum, si quo iure, quaque iniuria, philosophiæ nomen aucupentur. Qua supini studiosius gloriantur, quam tristi uultu, supercilioq; tum cultu modico nec ad leuocinium, incessu non incommodo, metiuntur. Mirabiles amores eius in carminibus, in epistolis familiaribus, in quottidianis etiã sermonibus prædicant. Atq; ita se se cõparant, ut abunde pulchrum, censendumque putent, si græcorum, atque adeo ipsius Homeri figmenta derideant. Quo fauore dum sibi ipsis plurimũ deblandiuntur, difficile dictu est, q; cæteros præ se contemnant. Verum ubi quæras, quid ex ea persuasione consequuti censeantur, Dii boni, q; nihil inuenias, præter q; in alios iras acuant, bonis inuideant, cunctos auersentur atque oderint infœcundi, atq; infelices. Nam cum nec philosophiam ipsam, neque artes, quibus eam assequantur, se tenere deprehendant, ad id denique confugiunt, ut quenquam tanto dignum nomine laceßere nõ desinant.

crescentemque alicuius famam omni nisu præpediant, & quo minus emergat, obstant, moreque inertium, ad ornamenta proborum rumpantur. Quibus tamen artibus (& si periniquum est, & quodam fato frequens) principem in Vrbe locum sibi uendicant. Vnde mox uiua cuiuspiam, ac non uestita, fucataque doctrina deturbatum iri, maxime uerentes, omnem protinus humanitatem exuunt, linguæ petulantia, caninaque facundia se muniunt, longeq; speculati, secure ac uirtutis honore (quæ se ipsa cõtenta dicitur) gradientem quempiam adorti, quo minus occupatæ ab se arci appropinquet, schalæque admoueat, prohibent, ac proturbant. Quorum mores esse inuidos, cum plerunque bonum arcis præsidem non lateat, uiam illi modumque, se se culpæ subtrahendi, reperisse putant. Exteris scilicet fauent, atque iis omnino, quibus etiam inter fauendum sit Vrbs ipsa deferenda, inque patriam migrandum. Præsentibus crimen intendunt. Iulius Secundus, ut hac quoq; gloria, non segnus q; belli, ac iustitiæ muneribus, insignis haberetur, sui esse seculi ratus, si ingenia foueret, percontatus est ab homine (cuius eruditionem acceperat, liuorem non nouerat) an degerent in Vrbe sua alicuius indolis, ac spei iuuenes, qui uel sustentandi præmiis, uel honestandi forent. Nullos esse posse, bellis ingruentibus, respondit. Sed hic ipse uir egregius cum (ut sæpe contingebat, atq; erat aqualiculo sexquiped) hilarior se plusculum in cœna inuitasset, fateri nõ dubitauit, quotam suam eruditionem ex aliorum timiditate pendere, quodque est detestabilius, percipere, se uno pereunte, omnes literas ut interirerent. Quæ (malum) isthęc ratio est, abuti sacro literarum nomine? disciplinas in studiosorum etiam perniciem conuerture? bonos opinionem ipsa boni defraudare? capitisque, hoc est æstimationis, inferre periculum? Age uero, si quis unq; lucubraturum a se quippiã ædiderit, non ne, ut in ordinem sit redigendum, nota dignum protinus, ac spurium asseritur? Et tanquam parum uideatur, opus excussisse, sunt qui scribentis morum, uitæque ratione reposcant. & quadam libera sophorum censura singula expendant. Nam, ut ad me ipsum denique reuertar, nouistis ipsi Principes, q; mihi uestitum prope (ut aiunt) militare probro uerterint, tum fidibus scire, musicen callere, philosopho indignũ prædicent. quantumq;

inuaserint, q̄ & optice cum literarum studiis, uernaculosq; cum latinis numeris, coniunxerim. Quid uero arbitrandum est facturos eos, ubi partem saltem uiderint historiarum? cuius esse dicent, quæ quotidie scribenda nascentur? quorumq; uos ipsi detulistis annales, fide potius a nobis olim colligendi, q̄ pro dignitate uestræ inclytæ familiæ tractandi. Vtcunque tamen res habebit, quod ad DIATRIBAS meas attinet, cum nec æditæ dum forent, tunc eorum, qui sapientiæ, studiosorumq; uideri amatores uolunt, maxime intererat, contemplari primum q̄ sit liberale, q̄que uirum bonum, hoc est his literis præditum, condeceat a litibus abhorrentem esse, tum commonere, hortari, suadere, ne cuiusquam labores præriperem, ne iniuria Manes afficerem. Ad hæc illud addere, multa eos olim grauiore plecti solitos, qui peccatus, q̄ qui furtu egerint. q̄ in publicis agilior q̄ in priuatis locis perpetrandi sceleris commoditas detur, custodia liberiore præcepta. Tanto ergo iustius sim crimini obnoxius, si (quod uetus uerbum habet) etiã ab uita functis quicquam tollam. Hoc, inquit, faciendum uidebatur, aut etiam ad aliena crimina conuiendum potius, q̄ committendum ut iurgiosi calumniatorisque nomina subirent. Reliquum est autem, ut ipsos quoque deos testes non inuerti, nec coacti faciamus. etsi miserum est etiam, tuos esse labores testari, quos ad publicam utilitatem exhausseris. Vtrinamque non hoc ipse per se liber aliquando probet. Verum ita fiet arbitrator, ut uel ora istis demum obstruantur, uel eorum exlex, profanumq; genus arguatur, qui calumniis, deorum testimonia posthabent. Placet itaque persancte, non Iouem ipsum lapidem, (ritu Veterum) deierare, nec Theutam Hefumque, horum numina, obtestari. Quod dii, hominesque, fas, fidesque audiat, sacramenti religione, ac si quid est iusiurando sanctius, affirmo, idque rite pariter, ac sine dolo malo dici, cæterisque accipi uolo, me nec ullius unquam scripta perlegisse, ac ne conspexisse quidem, unde uel tantillum lucubrationes nostræ redimiri, iuuarique datum fuerit. Quin immo laborasse, quoad eius fieri licuerit, ut si quippiam alterius, post observationem quoq; meam, æditum occurrerit, enostris protinus aboleuerimus. Quod si peierem, tum Pontifex periurio, malus autem genius Diatribis contingat, usq; adeo

ut si qua bona, aut saltem mediocria in ipsis fuerint, imperitorum turbæ pessima, bonis leuiuscula, Tricisque uiliora censeantur. Fama si qua manent munera, uento euolent, proque uulgi leuitate ferantur. Quod si dictis ne sic quidem audientes fuerint, ac si extremi esse ingenii pertulerint istæ sordidissimæ Testudines, illud denique meminerint, lædi sapientiam, seponi patientiam, cogi monitorem ultimum statuere supplicium, tale hercle uero serio, quale est in fabula relatum æsopia. Insolens enim uero testudo facultatem disciplinamque uolandi ab aquila, scilicet, edoceri flagitabat. Cumque etiam commonenti, negatum a Natura testudinibus alarum remigium, minus crederet, unguium falcibus arreptam eam, inque aera sublatam aquila destituit. Verum illa e uestigio in præceps deuoluta, tantum abest ut se ulla Cæli parte suspensa librarit, ut illidi etiam silicibus, totaque comminui, dignumque temeritatis precium luere, compelleretur, Ita & ἀνδροχέλας istis euenturum auguror, ut inani se se mecum attollendi studio illecti, contendendi demum uiribus longe impares, sed torpore, atque ignauia insignes, facileque agnoscentes, non perinde aquilas atque muscas contemnendas, dilabantur, & a Celso deturbati loco in lapidem recta concidant, sic ut in minima queque frustra dissipati, prisca fabulæ fidem faciant, omnemque uitæ fabulam absoluant. IDIB . NOVEMB . M . D . XXI

ROMAE . OCTAVO . KALENDAS . APRILIS  
M . D . XXIII  
IN . AEDIBVS . MARCELLI . ARGENTEI

OCVDDT

CAVTVM . DECRETO . CLEMENTIS . VII .  
PONTIFICVM . MAXIMI . NE . CUIQVAM  
INTRA . SEPTENNIVM . IMPVNE . LICEAT  
HOS . LIBROS . EXCVDERE  
VEL . INVITO . MARCELLO . IPSO  
VENALES . HABERE

ROMAE . OCTAVO . KALENDAS . APRILIS  
M . D . XXIII  
IN . AEDIBVS . MARCELLI . ARGENTEI